




*Sommelde*





DISSE<sup>R</sup>TAT<sup>O</sup> IVRIDICA  
<sup>DE</sup>  
**MATRIMONIO**  
**COACTO,**

QVAM  
RECTORE MAGNIFICENTISSIMO  
SERENISSIMO PRINCIPE AC DOMINO,  
**DOMINO CAROLO**  
PRINCIP<sup>E</sup> BORVSSIAE, MARCHIONE  
BRANDENB. RELIQVA.

PRAESIDE

**IVSTO HENNINGIO BÖHNERO**  
ICT. COM. PALAT. CAES. POTENTISS.  
REG. BORVSS. A CONSIL. AVL.  
PROF. IVR. ORDIN.

**IN ALMA FRIDERICIANA**

DIE IX. NOV. A. MDCCXVII.

H. L. Q. G.

PUBLICO ERVDITORVM EXAMINI  
SVBMITTIT

**Benjamin Friederich Reichenbach,**  
CALBENS. MAGDEBURGIC.

---

HALAE MAGDEBURGICAE  
Typis IOANNIS GRVNERTI, Academ. Typogr.  
RECVSA MDCCXXVIII.

Dissertatio invenia

MATRIMONIO  
CAGIO

REGIOTAE MAGNIFICENTISSIMO  
ATTESTATORIA ALEXANDRIANO

DOMINO CAROLO

PRIMO IN SEQUITRIO ET MELIORIBUS  
PRAECEPSIS INSTITUTA

CO

IVESTIMENTICORUM BONHOMIO

DE TECNOLOGIA ET CULTURA AVT

ANALOGIA MATHAMATICARUM

SCIENTIA MAGISTRA LIBERTAS

II

ANALOGIA MATHAMATICARUM

DE TECNOLOGIA ET CULTURA AVT



DISSE<sup>T</sup>AT<sup>O</sup> IVRIDICA  
DE

# MATRIMONIO COACTO.

CAP. I.

## DE COACTIONE ILLICITA IN MATRIMONIALIBVS.

§. I.



On*n*epte iudicarunt hi, *Matrimonia*  
qui naturas rerum perseruantur,  
*res arduæ*  
*censem*tur.

matrimonium talem esse societa-  
tem, in qua lente festinandum,  
quia inter *causas arduas & magni*  
*momenti referri* debet. Id iam  
olim obseruauit Pontifex in c. f. de  
procur. in o. noluitque, ut quis cito  
& eadem *facilitate*, vt quidem in aliis negotiis leuioribus,  
obligaretur, propter magnum, quod ex facto tam arduo posset

A

*pericu-*

*periculum imminere; quin quod in c. i. X. de consang. & affin.*  
*causas matrimonii ea de causa non per quoslibet, sed per*  
*discretos iudices, qui potestatem habent iudicandi, decidere*  
*velit, quod causæ magna maiores & prudentiores requiri-*  
*rant iudices l. 32. §. 7. de recept. l. f. C. ubi cauf. stat. l. f. C. de*  
*iudic. pedan. Experiencia satis docet, in his causis multis*  
*peccari modis, partim ex falsis præjudiciis, quæ adhuc*  
*ex iure canonico irrepescere in praxin Consistoriorum no-*  
*nstrorum, partim ex iudicium imperitia, qui non recte*  
*metiuntur arduam huius negotii naturam, & præcipitan-*  
*ti iudicio *inutios* vinculo matrimoniali subiiciunt, quos*  
*potius ab eo absoluere deberent, non animaduertentes*  
*mala certissima, quæ ex infesta hac societate, vnicce amio-*  
*morum coniunctionem desiderante, & pro seculo haben-*  
*te, sequuntur per necessariam consequentiam. Plures*  
*per *impetum* ruanit ad sponsalia sine debita præcedente de-*  
*liberatione, mox vela retrahere student, ut quod cito*  
*factum, cito pereat: peccant hi sine dubio; sed meo iu-*  
*dicio æque peccant, qui stultitiae horum hominum locum*  
*dant, & *absolutè* eos ad matrimonium ineundum cogendos esse sentiunt.*

*omni coactio-*  
*me remota,*

*solua potius*  
*liberitate.*

§. II. Multo magis vero hi omne ius & fas lœdunt,  
*qui per coactionem illicium vxorem sibi conciliare, inepte*  
*student. Optime QVINTILIANVS declam. 376. sed quid*  
*obicit? Vxorem, inquit, non ducis, quam volo. Quid iam?*  
*noscis, nostri arbitrii esse matrimonium? affectus nostri vo-*  
*bis non seruunt. Non potes efficere imperio, ut vel amenz*  
*quem velis, vel oderim, matrimonium omne rum perpetuum est, si mutua voluntate iungitur. Cum ergo mihi queratur*  
*uxor, socia iheri, vite consors, in omne seculum mihi eligenda est, alioquin quid proficis muium cogendo? repu-*  
*dabo. Si vlla in re liberitas salua esse debet, certe in ma-*  
*trimonio a singulis præstandum est, vt libere conser-*  
*sum edere possint, id quod etiam ex natura rei leges tan-*  
*topere inculcant. Rursus id confirmat QVINTILIAN.*

De-

*Declam. 247. & nusquam, ait, libertas tam necessaria, quam in matrimonio. Nec leges id dissimulant, sed aperte hanc libertatem confirmant, his verbis: Neque ab initio matrimonium contrahere, neque dissociatum reconciliare quisquam cogi potest. Vnde intelligis, liberam facultatem contrahendere atque distrahendi matrimonii transferri ad necessitatem non oportere. L. 1. 4. C. de nuptiis. Neque haec sententia multis exornanda est rationibus argumentisque sufficienda, quæ vel ex his BARCLAI lib. III. Argen. c. 5. colligi possunt verbis; Scis coniugia plus animorum, quam corporum fædere esse suavia? Liberae hominum mentes sunt, nec ullis legibus cogi possunt, velle, quod nolint.*

§. III. Cum vero in hac ardua materia plures obuenire possint circumstantiae, quæ antcipitem trahant disceptationem, exque sepius in foro ecclesiastico sese fificant, e re esse duxi, paulo plenius hanc ipsam doctrinam de matrimonio coacto euoluere, & secundum rectæ rationis & legum scita examinare. Ante omnia tamen præmitto, (1) appellationem matrimonii hic non stricte esse accipendam, quatenus sponsalibus opponitur; sed quatenus haec simul includit, cum non infrequens sit, integrum doctrinam matrimonialem voce matrimonii in tractatibus & dissertationibus complecti. (2) Non tantum hic agi de coactione illicita, sed etiam licita, cum etiam hanc nonnumquam admittant matrimonia, de quibus cap. seq. agendum erit. (3) Coactionem esse duplicum, vel antecedentem, vel consequentem: illa matrimonium ineundum vel initium præcedit, de qua vnicē hic sermo est; haec, matrimonio contracto superuenit, simulatibus quibusdam inter coniuges superuenientibus, ob quas alter ab eo recedere cogitat, qui tamen recte cogitur ad continuandum matrimonium, si alia iusta dissoluendi matrimonium causa desit c. 9. de sponsal. c. 2. X. de diuertiis. Sic nec statim sponsalia dissoluenda sunt sub pretextu subiectæ auersioris, quæ voluntarie contracta sunt, L. B. de LYNCKER

*Resp. 62 n. 9.* quamvis etiam in *coactione hac* cautius procedendum sit, ut suo loco indicabo.

*Coactionis no-*

*tio*

*vimi supponit*

*vel internam,*

*que actionem*

*relicuit vo-*

*luntariam,*

*quod exemplo*

*matrimonii*

*declaratur.*

*§. IV.* Ante omnia vero, ut, quid proprie coactum

matrimonium denotet, planum expeditumque fiet, e re

erit, *coactionis* conceptum paulo penitus euoluere. *co-*

*actio omnis necessitatem* quandam inuoluit, *hæc vero à vi*

*quadam* procedit, quæ cogit, vrget, necessitat. *Ipsa vī*

*non vnius ejusdemque naturæ est, & sic quoque coactionis*

*non vna eademque ratio.* Vis enim vel *interna* vel *exten-*

*na* est. Illa homini congenita, & ex passionibus animi seu

*affectionibus* nascitur, menteque huc illucque trahit, prout

*cupiditatibus diuersis* flectitur. Interim quando homo a-

*git ex impulsu* suarum passionum, nihilominus actio ex vol-

*luntate* procedit, ut homo hujus actionis *auctor* dici illaque-

*ei imputari* possit. Cogit quidem *hæc intrinseca vis*, sed

*non absolute* necessitat, adeoque talis actio *inuita* dici ne-

*quit*, quæ demum talis est, ad quam homo sua voluntate

nihil confert. Ex hac ipsa vī *metus* quidam nascitur,

dum homo, perpensis omnibus circumstantiis, sœpe ter-

ore percillitur, qui ipsum ab actione retrahere, men-

temque ad eam omittendam percellere studet, inde *dubi-*

*tatio, fluctuatio* mentis, & animi *ancipitis deliberatio*: inde

ingens sœpe animi *perturbatio*, prout metus ex repræsen-

*tatione incommodorum* auctus, vel grauis admodum vel

leuior est. Inprimis in ineundo matrimonio *metus* huius-

*modi* occurrit, tanquam in *negotio* admodum *arduo*, quod

*perpetuam vitæ societatem*, *omnis fortunæ & infortu-*

*nii consortium & intimam animorum coniunctionem* de-

*siderat.* Homines certe non vna eademque voluntate

*trahuntur*, diuersissimis inter se agitantur cupiditatibus, di-

*uersosque finessibi* propositos habent, prout vel *ambitio*

vel *auaritia* vel *voluptas* voluntatem cogit. Non ergo mi-

randum, in matrimonii ineundis magna deliberatione

*opus esse*, metu animum admodum percellente. Quidam

*incommoda connubiorum* videntes alieno prorsus yiden-

tur

tur esse animo ab omni matrimonio. Nihilominus tamen cupiditatibus resistere non valentes in illud consentiunt, & sponsalia contrahunt, a quibus recedere hoc *prætextu cet;* non possunt, quod *coactio quadam interna ad ea processerint*, cum adhuc haec actio *voluntaria* sit, eique imputari possit. Allegat quidem vim, allegat coactionem, & inde ortum *metum*, interim tamen quod antea auersabatur, semel voluit, suscepitque, nec amplius poenitentia *integra* est, quia alioquin nulla actio humana efficaciam iuris haberet. Proinde *coactum* hoc sensu *matrimonium* *huc non spectat.*

§. V. Vis *externa*, quæ homini ad actionem quan- *vel vim exter-*  
dam suscipiendam obiicitur, grauiorem *metum* & auer-*sionem suppo-*  
*nem* in agente operatur, prout haec grauiora mala & incom-*nit,*  
moda animo eius repræsentat, quæ potissimum in *amissione*  
& *priuatione* eorum, quæ nobis grata sunt, consistunt, vt  
pote si periculum vitæ, famæ & bonæ existimationis bono-  
rumque immineat. Quo grauior haec clades est, quam me- *qua cogitur*  
tuimus, eo magis *cogitur* voluntas ad actionem quandam *tidem volu-*  
suscipienda vel omittendam, quam alioquin vel omit-*tas magnu-*  
teret vel susciperet, si haec vis *externa* abesseret. Atque *pere,*  
haec actio quidem a coactione quadam mentis procedit,  
adhuc tamen *voluntaria* & *spontanea* est, vt ei imputari  
possit ad effectum obligationis & poenæ. Quid enim? an-*interim adhuc*  
non leges cogunt necessitatemque implicant, ad illa etiam *actio est va-*  
agenda, quæ alioquin *sponte* homo non faceret? Talis actio  
prospera *inuita* dici non potest quoad *effectus iuris*, quia  
alioquin leges omni destituerentur efficacia. Inde *cicer-*  
*ero orat.* pro *Clymentio* nos omnes *legum esse seruos* pro-  
nunciat, ut *liberi esse possimus*, seu ut *pax & tranquillitas*  
*Reipublicæ* conseruetur, & quoniam homo hanc actionem  
non plane *libere* suscipiat, *voluntate* tamen *sua perficit*, &  
hactenus *sponte* egisse dicitur, non *inuite.*

§. VI. Verum quod pleniorem effectum *imputationis Modo coactio*  
merito quoque ponderandum est, a quo haec *coactio* & *vis externa* ab eo

*processus qui  
ius cogendi  
habuit.*

externa procedat, vtrum ab eo, qui *ius cogendi* habuit, an vero a tali, qui coiure destitutur. Priori casu *actio coacta* imperio eius, qui *ius cogendi* habet, suscepta, autori omnino imputatur, quatenus *ius cogendi* habuit *perfectum*. Vnde pax per vim metumque belli inter gentes inita, obligat ad pacis conditiones feraandas, quia *victor* in bello *ius cogendi* habuit. Quid enim bellum inter gentes aliud est, quam *medium cogendi* hostem, qui æquo iure cum altero viuere recusat, eique *media resistendi* prorsus adiamenti. Quodsi itaque conditiones pacis matrimonium deuicti postulent, hoc ipsum iure gentium consumandum est, vt paci satisfiat, cum *victori* integrum fuerit, quascunque pacis conditiones deuicto praescribere. Fac itaque huic inter alia impositum fuisse, vt cum *victorie* filia vel sorore matrimonium iniaret, & pace facta illum hoc praetextu reclamare, quod *coacte* in hanc conditionem consensisset, qui assereret, hunc *iure gentium* non obligari, cum tamen *actio* haec a voluntate eius, vtut non libera, processerit, & alteriore *victoriae potestate cogendi* munitus fuerit? Si vero is, qui *metum* infert, cogitque agentem, & trepidationem mentis iniicit, nullum *ius cogendi* sibi arrogare potuit, si deliquit metum incutiendo, haec tenus quidem *actio* ab agente suscepita, *voluntaria* dici potest, cum non prorsus *inuita* sit; sed quod effectum *impunitatis* non eandem babet efficaciam moralem. Equidem de *delictis*, metu grauissimi mali imminentis perpetratis, non ero sollicitus; de *promissis* tantum hic agendum est, quæ etiam in *sponsalibus* & *matrimonio* deprehenduntur. Hæc duorum voluntatem & consensum desiderant, vt alter *promittat*, alter vero *promissum acceptet*. Tam in *promitente*, quam in *acceptante* tum *voluntas* tum *facultas* considerari debet, ita vt *velle* non sufficiat, nisi etiam *legitime velle* possit. Hoc supposito, si vel maxime quis metu iniusto percussus, cogenti quid *promittat*, etiam *obligari* nequit, quod nullum *ius cogendi* habuerit,

&c

*quod cogens  
promissum*

& sic facultate acceptandi promissum destitutus fuerit. In- accipere aen  
de frustra prouocatur ad eam rationem, quod actio a par- potuit,  
te promittentis voluntaria dicenda sit, cum id minime suf-  
ficiat ad effectum obligationis, si acceptatio desit. Non e-  
nim acceptare promissum, & acceptare non posse, paria  
sunt. Que cum ita sint, facile liquet, matrimonium coa-  
ctum hoc casa nullum esse, si recte rationis principia &  
iuris naturae dictamina intuemur, & in consilium voca-  
mus.

§. VII. Hæc si applicantur ad thema propositum, si Applicatio ad  
mulque sanctiones iurius vtriusque conferuntur, facile con- matrimonium  
stabit, vtrum matrimonium per vim illicitam contractum  
sit validum, an invalidum? Plenus est in hac quæstione  
THOMAS SANCHETZ IESVITA Lib. IV. de sacramento ma- ex sententia  
trimonii Disp. I. & seqq. præmittitque satis congrue, actio- Sanchezii,  
nes, quæ metu quantumcumque graui sunt, esse voluntaria-  
rias, nam vim nec metum vim inferre præcisam, sed con-  
ditionalem, quod secluso metu voluntas nollet. Inde ve-  
ro Disp. VIII. concludit, negotia metu inita in se valeare,  
sed refrendanda tamen esse ex æquitate, quod cit. loc. n. 4.  
ex variis textibus, maxime vero ex tit. D. quod metus caus  
probare nititur, adeo, ut non tantum iure positivo, sed et-  
iam naturali actum stricto iure subsistere, credat. Quia ta-  
men in iure canonico sepius tale matrimonium irritum  
dicitur, hinc IDEM Disp. XIV. eo relabitur, vt afferat,  
sponsalia quidem metu illico extorta iure naturæ valida  
esse, iure ecclesiastico tamen irritum esse declarata, cui inte-  
grum fuit, iusta de causa sponsalia ipso iure nulla red-  
dere. Verum enim vero quod de iure naturæ afferit fa-  
cile ex iis quæ dicta sunt, corruunt. Neque enim suffi- que examina-  
cit metu coactum voluisse, & sponsalia a parte eius volun- tur & corri-  
taria dici posse, si acceptatio legitima promissi matrimo- gitur,  
nii non concurrit, quæ hic omnino deficit. Nec ius ci-  
vile a naturali recedit, sed potius illud confirmat. Ait  
VLPIANVS in l. u6. de R. I. nihil consensui tam contrarium, & ex iure ci-  
est utiliterotur

est, qui & bonæ fidei iudicia sustinet, quam via & metus,  
 quem comprobare, contra bonos mores est. Nec diversa fuit  
 tententia ALEXANDRI Imperatoris in *I. i. C. de rescind.*  
*vend. edicentis:* Si pater ius per vim coactus domum vendi-  
 dit, ratum non habebitur, quod non bona fide gestum est.  
 male fidei enim emissio irrita est. Similiter imp. SEVERVS  
 in Cod. Gregoriano Lib. II. T. i. apud SCHVLTINGIVM in  
 iurisp. vet. anteciusliniane pag. 688. illud confirmat, aiens:  
 ea, quæ per vim & metum gesta sunt, etiam circa principale  
 auxillum irrita esse debere, iam pridem constitutum est.  
 Hunc textum quoque repetit AVCTOR *consultationis* apud  
 SCHVLTINGIVM pag. 813. & ex eodem Cod. ANTONINI  
 constitutionem, quæ apud EVNDEM pag. 685. quoque in  
 adducto Cod. adfertur, suam facit, quæ aperte indicat,  
 promissa, metu extorta, ipso iure nulla suisse. Verba hæc  
 sunt: *Paſta, quæ ab iniuitis contra leges constitutiones que sunt,*  
*nullam vim habere, indubitate iuris est.* Cæterum quod que-  
 dam negotia metu coacta, auxilio prætoris, & restituitione  
 in integrum indiguerint, id vnicce qualitatæ illorum contra-  
 dictuum, qui stricti iuris dicuntur, adscribendum est, vt re-  
 cte observat clarissimus NOODT de foma emendandi dolii  
 malii cap. XVI. & plenius confirmat excell. DN. GUNDI-  
 LING de efficientia metus in promissionibus C. III. Eavideli-  
 cet negotiorum stricti iuris erat indeoles, vt obligatio adea,  
 quæ expressa non essent, haut pertineret, adeo, vt ne-  
 quidem ante formulam AQVILII ex capite dolii irritaren-  
 tur. Inde m. f. stipulatio valebat, *I. 36. de V.O.* non vero  
 emtio m. f. contracta, *I. i. C. de rescind. vend. I. 6. C. de præ-*  
*script. long. temp.* Quis vero crederet, cum, qui metu ad  
 contrahendum alterum inducit, permissurum esse, vt de-  
 bitor exceptionem dolii vel metus sibi referuaret, quo ipsi  
 fiebat, vt subtilitate iuris obstrictus esset, vt dicitur in  
 cit. *I. 36.* Ut vero hoc ius strictum quodam adhuc colore  
 incrustaretur, PAVLVS in *I. 21. §. 5. D. quod met. caus. ad ratio-*  
*nem vulgarem prouocauit, quod. quamvis agens, se liberum*  
*effet,*

*effet, noluissest, coactus tamen voluerit, ut ostenderet, ad minimum consensum a parte promittentis hic concurrere, quem etiam requirebant negotia stricti iuris, nec ex hoc defectu ea irritari posse. Et quamvis vitium in acceptorio ne adesset, illud tamen allegari non poterat, quia eius in contractu nulla erat facta mentio. Diverfa est ratio negotiorum b. f. quæ vnicē ex ratione æqui & boni æstimabantur, nec illam subtilitatem, quæ negotiis stricti iuris cohærebat, admittebant. Quodsi iuris Pontificii scita perscrutamur, facile nos iis adiungimus, qui metu gesta ipso <sup>Et iure causa-  
nico.</sup>*

*jure nulla esse, ex hoc iure demonstrant, quam sententiam plenius illustrat Excell. D.N. GUNDLING. cit. loc. C. IV. quia Patres & Pontifices ut plurimum eo allaborarunt, ut, subili iure prætermisso, solius simplicitatis rationem haberent, & quidem id ipsum eo magis in hoc iuris articulo, qui discrimen inter contractus b. f. & stricti iuris supponit, quod etiam iure canon. incognitum est.*

*§. VIII. Ceterum quæ thesi hactenus adducta sunt, Etiam iure ci-  
in hypothesis, seu applicatione ad sponsalia & matrimonium, ve- uili matrimo-  
ra quoque esse, vtrumque ius indicat. Nam etiam hi, nium tale est  
qui alias indistincte negotia metu inita subsistere, asserunt, ipso iure nul-  
quosdam excipere solent casus, in quibus vis metusque lum.  
nullitatem operatur. Inter hos etiam referunt sponsalia & matrimonium, quæ liberum consensum desiderant per I. 14. C. de nupt. I. II. D. de sponsal. I. 2. D. de R. N. Vid. STRV-  
VIVS ad t. quod met. cauf. §. XI. RITZEL. in Synopsi matrim. C. IV. thef. 10. lit. c. Verum non tam exceptionem in spon-  
saliis, quam applicationem regulæ concurrere, ipsa spon-  
saliorum ratio suadet. Solo consensu constituebantur sponsalia I. 4. pr. de sponsal. & ita negotiis b. f. accenserit quia negotiis  
decebant, prout alia negotia, quæ solo consensu constitue-  
bantur, per §. vinc. in f. de obligat. ex consensu. De iure  
canon. eo minor ratio dubitandi, cum variis in textibus idem quoque  
tale coactum matrimonium reprobetur. Ita enim ALEXAN- verum, & de  
DER III. in C. 14. X. de sponsal. philosophatur: cum locum iure canonico  
B*

non habeat consensus, vbi metus & coactio intercedit, necesse est, vt, vbi affensus cuiusque requiritur, coactionis materia repellatur. Matrimonium autem solo consensu contrahitur, & vbi de ipso queritur, plena debet securitate ille gaudere, cuius est animus indagandus, ne per timorem dicat, sibi placere, quod odit, & sequatur exitus, qui de iniuris solet nupsiis prouenire. Eiusdem fere tenoris sunt c. 6. 13. 21. & 28. de sponsal. C. 2. de eo, qui duxit in matrim. aliquae plures textus infra in specialibus casibus adducendi.

Reincitur sententia Bruck-  
neri existi-  
mantis de iure  
civili sponsa-  
lia coacta re-  
stitutionem  
postulasse.

S. IX. Neutiquam ergo probari potest i) tentatio  
BRUCKNERI in decis. matrim. c. 21. n. 33. adstruentis, in  
genere de iure Romano restitutionem necessariam esse  
contra quaecunque negotia metu inita, nec matrimonia  
excepta legi. Vnice iuri Pontificio ad scribendum esse,  
quod matrimonia metu inita sint nulla, rationemque hu-  
ius sententiae ex putidis Pontificiorum & Canonistarum la-  
cunis, vt ait, hauriendam esse. Illustrat id ipsum ex P A-  
NORMITANO ad c. 14. n. 8. X. de sponsal. ita scribente; Sed  
dic, quod in matrimonio reperiantur tria bona; fides, proles,  
& sacramentum, que omnia metus intercedens solet exclu-  
dere. Nam primo matrimonium est, sacramentum, quia si-  
gnificat unionem inter Christum & ecclesiam: vnde sicut Christus  
voluntarie assumptus carnem humanam, ita & matrimonium  
illam unionem designans debet esse voluntarium, ut si-  
gnatum correspondat signato. Secundo, pergit, metus impe-  
dit procreationem sibi, que est secundum bonum matrimo-  
ni, quia propter disloquentiam non intendit procreationem  
prolis seu sibi. Tertio est contra bonum fidei: nam fides  
vnum est ex bonis matrimonii, vt nullum sit adulterium, sed  
propter metum seu iniurias nuptias de facile coniuges labuntur  
in adulterium. Fateor. PANORMITANVM barbare loqui  
& philosophari; sed magis ingenio suo plus quam stupido  
indulxit, qualia deliria passim adfert, vnde tamen doctrina  
iuris canonici simpliciter haud estimanda. Magis to-  
bie philosophatur Pontifex in c. 14. cit. & satis congruam  
ad-

adserit rationem, quam etiam *ius civile* in negotiis b. f. agnouit. Communi errore deceptus fuit BRUCKNERVS, quia credidit, etiam negotia b. f. metu inita, *friðo iure* fuisse valida, & restitutionem desiderasse, quam tamen tantum desiderarunt negotia *friði iuris*, Supra iam observauit, *ius Canonicum* negotia metu inita *in genere* ita reprobare, vt ea irrita essent; quidni ergo magis in matrimonialibus?

§. X. Similiter nec (II) probari potest sententia SAN-  
CHEZII de sacram. matrim. l. IV. Disp. 19. statuenter, matri-  
monium metu initum esse quidem nullum, neutiquam ca-  
men *sponsalia*; quod contra hæc quidem admitti possit re-  
stitutio, non aquæ contra matrimonium, si illud validum  
esse, pronuncietur, adeoque quod illic potius insisten-  
dum sit regulæ, ne multorum iurium correctio induca-  
tur. Idem rursus præconcepta hac opinione ductus fuit,  
quævis negotia, metu inita, *friðo iure* valuisse, quam  
regulam in *sponsalibus* magis admittendam, quam respu-  
endam esse credidit. Verum *ius Canonicum* restitutio-  
nem nullibi in *sponsalibus* hisce desiderat, quin potius nul-  
lam in iis obligationem adesse docet. Euincit id ipsum  
c. u. X. de *sponsal. impub.* in quo casus talis propositus est:  
puella quædam, quæ iam ad duodecimum annum perue-  
nerat, despontata fuit cuidam puerō: tempore procedente  
de voluntate matris & fratribus posuit quam de sua ad do-  
mum patris pueri ducta fuit, vbi nolens & invita & tam  
persuasionibus quam minis parentum impulsa moram peran-  
num & amplius habuit, & tandem inde recessit, & nubendi  
alii postulavit facultatem. Pisanus Episcopus quidem id  
studioso egit, vt ipsam induceret, quo exspectaret puber-  
tatem sponsi, quod tamen impetrare non potuit. Adhuc  
enim hæc sponsalia imperfecta erant respectu *sponsi*, qui  
non dum pubertatem attigerat, qua adueniente, ipsemet  
libere decedere poterat. Respondit itaque pontifex: *Quod si*

quod si

B 2

me-

memorata puella per te ad hoc studiose commonita, ut donec idem puer compleat decimum quartum annum aetatis sue, expectet, ad commonitionem tuam non duxerit exspectandum ei secundum ea, quae proposita sunt, accipiendi alium virum in maritum auctoritate nostra dare potes libertatem. Confilium suggesserat Pisanus Episcopus puellæ, ad maiorem securitatem, quod tamen sequi non tenebatur, quia quamvis sponsalia a pubere cum impubere contracta valeant respectu illius, id tamen intelligendum est de sponsalibus validis, qualia non sunt, quæ per vim metumque celebrata erant, ut recte censuit GONZALEZ ad c. 8. X. de depons.

*Quid referat, si sponsalia sunt nulla, an vero restituione indigerant?*

Nec hæc obseruatio est otiosa de iure canonico; si enim sponsalia hæc dicuntur ipso iure nulla esse, non pariunt impedimentum honestatis publicæ; si autem ipso iure valida fuerunt, quamvis ex æquitate rescindantur, impedimentum tamen futuris nuptiis ponere possent, ut quis non posset consanguineam illius, a qua mediante restituzione liberatus est, vxorem ducere, obseruante SANCHEZIO cit. l. n. 1. Imo si sponsalia metu contracta sint nulla, nullo tempore excluditur hæc querela nullitatæ, quæ quadriennio excluderetur, si restituzione indigeret.

*quid si metus*

*Et vis a tertio inferatur?*

§. XI. Atque hec quidem vera sunt, si vel alter ad vim metumque inferendum cooperatus est, vel coactionis & violentiæ conscius, sponsalia contraxit, quia priori casu ipse metu manifesto est, quod sponsalia cum inuita & reluctante inire fatigat l. 5. C. quod vi met. caus. BRUCKNER in decis. matrim. c. 21. n. 9. Maior ratio dubitandi est, vtrum vis metusque a tertio illatus, cuius minime conscius fuit sponsus, nullitatem conciliet sponsalibus, vt sponsa, ad sponsalia ineunda coacta illis minime obligetur. Fac per literas sponsalia inter absentes inita sponsam vi metuque a parentibus coactam fuisse, ut consensum suum literis declararet, sponsum omnimodo in bona fide esse, postea autem sponsam reclamare, & vi metuque

tuque sponsalia inita esse, profiteri, imo & probare; quid  
 iuris? Evidem si fundamenta antea iacta intuemur, spon-  
 salia talia vix dici possunt irrita; sponsa, licet coacta, in  
 sponsalia consensit; sponsus promissionem hanc accepit  
 & iuste accipere potuit, quia ipsemet ad metum nullo *Rationes du-*  
 modo concurrit, nec vim villam intulit, quæ vnica ratio  
 est, quod alias metu coacta negotia non valeant, quia me-  
 tum incutiens, promissum accipere non potuit. Simile *noua ratio*  
 quid deprehenditur in eo, qui *dolo tertii* inductus est, ut *dubitandi,*  
 sponsalia cum ea, quæ in b. f. est, celebraret. Illa enim  
 esse valida asserunt Dr. salua decepto *actione doli* contra  
 decipientem, I. 2. D. de proxenet B. STRYK. de dissens. sponsal.  
 set. 2. §. 16. quod etiam in aliis negotiis obseruarunt Ro-  
 mani 1.7 pr. D. de dolo malo. Quid de iure canonico hac  
 in quæstione dicendum sit, non satis constat. Ex c. n. X. *decisio exiure*  
 de despensat. impub. liquet, puellam a parentibus inuitam  
 coactam fuisse, vt sponsalia cum puer celebraret. Vix  
 credibile est, puerum ad metum aliquid contulisse, de-  
 sponsatione a solis parentibus ipsius facta, cui vis & coa-  
 ctio inerat, vt recte censem SANCHEZ cit. I. n. 3. Sponsus er-  
 go sine dubio in b. f. erat, & hac de causa Pontifex censuit,  
 ante omnia eius pubertatem esse exspectandam, si ad hoc  
 induci posset sponsa, quæ cum id recusaret, illam ab  
 omni obligatione absoluimus. Id quod indicium præbet, de  
 iure canonico etiam metum a *tertio* incussum sponsalia ir-  
 ritare. Evidem ad Panormitanas *rationes supra* allatas  
 haud recurrendum esse censeo; forsan Pontifices negotii  
 ipsius arduam naturam & vinculi *indissolubilitatem* intuiti  
 sunt, quod adeo liberum consensum desiderat, & animo-  
 rum conuenientiam, vt merito ad talia sponsalia con-  
 sumanda nemo cogi possit, id quod difficiles solet habe-  
 re exitus, quam ob causam etiam in aliis iuris articulis a  
 regula recessere c. f. de procurat. in 6. Fateor eum, qui  
 b. f. contraxit, extra culpam esse, iuste potuisse acci-  
 pere promissum, & alterum *frictio iure* adstringi; sed sicut

*Ex ratione ci-  
villi,* leges ciuiles ex æquitate etiam tunc restitutionem dabant, quoties quis non ab eo, qui conuenitur, sed ab alio vim passus est, l. 14. §. 3. quod met. caus. quod libertas consensu deficeret in contrahente; ita ex eadem æquitate recte dici poterit, sponsalia haud valere, cum ius canonicum nullam desideret *restitutionem*. Ita *ius posituum* supplet, quod ex *recta ratione* colligi non poterat, quippe quod huic & addit & detrahit l. 6. D. de l. & l. Quia de cœla etiam in negotiis b. f. actio quod metus causa vtilis esse poterat, si quis non a contrahente, qui b. f. contraxit, sed a tertio ad contrahendum per vim inductus fuit: vix enim est, ut hic contractus nullus dici possit, & quamuis actio de dolo quoque non deficit contra eum, qui *metum* intulit, ut pote cui dolus ineft, si tamen hic non soluendo forget, etiam contra contrahentem restitutio non deneganda. Conf. l. 4. C. quod met. caus.

*Parentes libe-  
ros cogere non  
possum ad  
matrimonium  
cum certa  
persona in-  
cludunt,* §. XII. Ex quo fluit 1) parentes sub obtentu patriæ potestatis iniquos liberos ad sponsalia cum certa persona ineunda cogere non posse. Erat olim patriæ potestatis rigor maximus, & fere herili imperio æquiparabatur, adeo, ut voluntas liberis in patria potestate constitutis denegata fuerit. Ait enim ICtus in l. 4. de R. I. *velle non creditur, qui obsequitur imperio patris vel domini.* Hoc ipso ostendit ICtus, voluntatem liberorum *primario* in negotiis peragendis olim minime fuisse requisitam. In sponsalibus tamen liberorum *consensus* non excludebatur. Quamvis enim pater despondere tum filium tum filiam potuerit, l. 38. *soluto matrim.* l. 13. de *sponsal.* *absoluta* tamen *coactio* parentibus haud est data. Erat tamen difference inter filium & filiam fam. Illo dissidente, sponsalia eius nomine fieri non poterant, l. 23. de *sponsal.* sed *expressus eius consensu* desiderabatur l. u. eod. conf. l. 38. *solutu. matrim.* Audiamus TERENTIVM in Andr. act. I sc. 5. vbi PAMPHILVS ita conqueritur: *Hoccine est humanum factum aut incepturn: hoccine officium patris?* Respondet,

My-

Myſia: quid illud eſt? Regerit prior. Pro! Deum atque hominem fidem! Quid eſt, ſi non hæc contumelia eſt? Vxorem decreuerat dare ſeſe mihi bodie. Nonne oportuit praefiſſe mea? nonne prius communicatum oportuit? Filie longe facilius filiū deſpondebant, l. 19. de R. N. ſufficiebat que tacite eas conſentire, patris voluntati non repugnando. l. 12. pr. D. de ſponsal. Imo non indiſtincte, vt filius fām. ſed tunc ſolum diſſentiendi a patre licentiam habebant, ſi indiſignum moribus vel turpem ſponsum eis pater elegiſſet, vt teſtatur VLPIAN. in l. 17. §. 1. de ſponsal. Videntur Romani crediſſe, ſcēminas imbecilliori iudicio gaudere, vt patri potius optio, cui nubant, danda fit. Indeliquet, de iure Romano ſi iſta diſſentiendi cauſa defuit, filiam a patre cogi poruifile ad matrimonium cum eo, quem filia elegit, ineundum, vt recte censet R O M A N V S T E L L E R V S de deteriore ſēmin. conditione in matrimonio contrahendo rheſt 2. §. 13. Adeo vero patris imperium hic praeualebat, vt etiam teſtamento filias deſponderent vel deſtinarent, l. 36. & 66. de R. N. vel ſi pater pactum de filiā nuptiis inierit, & humana forte conſumtuſ ad vota non portuerit peruenire, nihilominus tamen id inter ſponsum & ſponsam firnum ratumque permanere debuerit, quod a patre dicebarur deſtinatum, vt loquuntur Imperatores in l. 4. C. de ſponsal. addita hac ratione, quod plerumque ſēminæ aduerſus propria commoda laborare inueniantur.

§. XIII. Hoc diſerim ius canonicoſ haud recepit; *Hoc diſerit quāmuſi enim PSEUDO-EVARISTVS in c. 1. C. 30. qu. 5. men ius canoniftentiam iuriſ Romani confirmare, & parentibus deſpondendi filias facultatem concedere videatur, conſtat tamen ex c. 6. 13. 14. & 21. X. de ſponsal. filias ad ſponsalia ineunda a parentibus coactas, nulle modo obligari. Indigitant id ipsum præterea varii conciliorum canones. In concil. Mediolan. V. P. III. conf. 16. de A. 1579. apud HARDVINVM tom. X. concil. pag. 1086. hæc ſtatuuntur: omnibus quacunque etiam*

etiam dignitate potestaque prædictis interdictum nunc perpetuosit, ne earum etiam legum, statutorum decretorumque auctoritate nec vero alia quauis ratione quicquam statuant, decernant, iuebant agantue, quo matrimonii libertas ullo pacto neque directe, neque vero indirecte ledatur. Post pauca adduntur: *Episcopus vbi probabilem pro sua conscientia suspicionem habeat, de puelle minus libera voluntate, tum exquirat rem diligentissime &c.* In Conc. Cameracensi d. A. 1165. artic. XV. c. 4. apud EVNDEM cit. loc. pag. 594. de filiis speciatim hoc cauetur: *moneant identidem parentes, ne per vim filios adigant ad hoc illudue matrimonium, Declarent præterea contracturi, an libere, an coacte consentiant.* *Vbi nullam vim pastor cognouerit, nullumque impedimentum canonicum, hos coniungat in domino; si fecus, differat.* Facile tamen adpareret, ad *sotos filios* hunc textum non restringendum esse, cum in genere de *contracturis* postea disponat. In Anglia tamen olim mos antiquus Romanorum sec. VII. obseruatus fuissevidetur, cui THEODORVS, Cantuariensis Archiepiscopus, temperamentum aliquod addidit, vt capitula eius docent apud DACHERIVM tom. IX. specilegii & HARDVINUM tom. III. conc. pag. 1777. Ita enim cap. 82. censem: *Pater filiam suam usque ad XV. annos potestatem habet dare, cui voluerit, post XV. annum sine voluntate eius non licet.* Seculo VI. in Hispania itidem patres filias inuitas alii despondisse videntur, quod indicat c. X. Concilii Toletani III. d. A. 589. apud HARDVINUM tom. III. concilii pag. 482. vbi de virginibus generatim cauetur, ne *cirra voluntatem parentum vel suam cogantur maritos accipere.* Et infinitum foret, omnia patrum decreta coaceruare, quæ talem coactionem in nuptiis filiarum damnant & prohibent. Vnde etiam est, quod plerique textus iuris car. de *filiabus fami*. loquuntur, utpote quæ facilius a parentibus cogi possunt & solent, cum filiæ fam. faciliorem reclamandi potestatem habeant. Nec iure canonico distinguitur, *virum iusquam dissentendi causam habeant,*

*babeant, nec ne? sed sufficit, quod dissentiat, adeo, vt si per vim maiorem sponsalia cum eo, a cuius moribus prorsus abhorret, iniuerit, ceteris paribus, sponsalibus contractis haud obligetur c. 7. inf. de deponsar. impub. c. 6. & 14. X. de sponsal.*

§. XIV. Apud veteres Germanos vix aliud obtinuisse, credere par est. Parentibus magnam in sponsalia liberorum competuisse potestate in, admitto, adeo ut impia haberentur matrimonia, sine eorum consensu contracta, ut exemplo constat apud REGINONEM l. II. chron. ad ann. 888. Vid. HERTIVS de matrim. putat. §. 10. In capitular. CAROLI M. de anno 798. c. 70. apud BALVZ. tom. I. capit. X. p. 323. haec habentur: *Si quis filiam alienam ad coniugium quæsierit, presentibus suis & pueræ parentibus, & postea se retraxerit, & eam accipere noluerit, his mille quingenitæ denarii, qui faciunt solidos sexaginta duos cum dimidio culpabilis iudicetur.* Pater quidem dicebatur dare filiam suam alteri in matrimonium, ut constat ex lib. VII. capitul. c. 105. apud BALVZ. cit. l. p. 1048. prout etiam hodie dicimus: Er hat seine Tochter vergeben, non tamen eius consensus excludebatur. Veteres nuptiarum ritus optime describit OTTO DE S. BLASIO in append. c. 52. *Puella iam nubilis a Duce Leopoldo orientali & Ludouico Duce Bauarie adducta, tribunalis sifstutur, ac DE CONSENSU INTERROGATA. verecundata admodum rubore perfusa, se liberali animo confessire proficitur.* Vnde non dubium est, quin etiam matrimonium per vim grauorum filiabusam illatum ipso iure nullum fuerit, sicuti alia negotia per vim contracta, quod excell. DN. GVNDLING. cit. l. c. 5. ex legibus antiquis demonstrat.

§. XV. Quæ cum ita sint, non dubium est, etiam *Praxis hoc dierna dupl. iresponsi. stratur.* sponsalia per vim & metum extorta ab iniuris pueris esse ipso iure nulla, maxime cum iure canonico in his negotiis ut plurimum utamur. Duplici responso hoc ipsum declarabo, vnde doctrina hactenus exposita magis

*Nec iure Ger-  
manico veteri  
hac distractio  
notafuit.*

adhue declarabitur. Primum est huius tenoris *de an. 1715.*  
*M. Ian.* a Facultate huius loci Theologica & Iuridica  
 conceptum. Auf Imploration Schrift ic. erkennen ic.  
 daß da zwischen Imploranten und Imploratin vorgegebene  
 Ehe - Verlöbniss zu recht nicht beständig, sondern als nichtig  
 aufzuheben, und dahoo Imploratin von angefester Klage  
 zu entbinden, und los zu sprechensey, und werden die auf diesen  
 Procesis aufgewandten Kosten gegen einander compensiret und  
 aufgehoben. Inzwischen sind der Imploratinnen Eltern we-  
 gen des ungebührlichen an ihrer Tochter verübt und  
 in actis ingeständnen harten Zwangs und daraus erfolgten  
 grossen Aergernisses billig in 50. Thlr. Straffe zu milden Sa-  
 chen zu nehmen, und bleibt so wohl Imploranten gegen der  
 Imploratinnen Eltern, als der Imploratinnen gegen den Im-  
 ploranten wegen der in actis vol. II. fol. 44. 53. und 712. ange-  
 führen iniurieulen Beschuldigungen ihre rechtliche Abhöndung  
 zunehmen unbenommen. *V. R. W.*

*Ration. Decidendi.*

Es kommt vornehmlich die ganze Sache darauf an, ob nicht  
 die Imploratinne von ihren Elteyn zu dem pretendirten und  
 angegebenen Verlöbniss durch einen solchen Zwang gezwungen  
 sey, woraus die sponsalia für null und nichtig zu achten?  
 Dieses zu erkennen, haben wir aus folgenden Gründen denen  
 Rechten gemäß zu seyn erachtet. 1) Weil A. 1712. in Wey-  
 nachten die sponsalia celebraret seyn sollen, und der fol. 74.  
 vol. 1. befindliche Brief des Imploranten, so den 2. Jan. 1713.  
 darauf geschrieben, selbst deutlich weiset, daß er damals von  
 ihr selbst kaltfinnig sey tractiret worden, so, daß alle Leute  
 gemercket, daß sie ganz kaltfinnig und nicht zu erweichen gewe-  
 sen, daraus also eine starke præsumption erwächst, daß alles,  
 was damals vorgegangen, mit ihrem Willen nicht gesche-  
 hen sey, wie denn auch die folgende fol. 37. befindliche Briefe  
 solche Kaltfinnigkeit noch mehr bestärken, 2) absonderlich aber  
 die vol. 1. fol. 49. eydlich abgehörte 4. Zeugen den Zwang, so  
 die Eltern ihrer Tochter angethan, klarlich bestärken, und ad-  
 art.

art. 5. deponiren, daß sie iederzeit einen grossen Abscheu und aversion vor Imploranten gehabt, und von ihm nichts hören und wissen wollen, ferner ad art. 8. daß die Eltern mit harten Schlägen sie gezwungen, mit nach G. zu reisen, woselbst die tractaten wegen ihrer Heyrath weiter getrieben sind, ingleichen ad art. 15. seqq. daß wienplorant in Weynachten, wo die öffentliche Verlobung geschehen seyn sollen, ankommen, sie sich bald absentiret, in die Kammer geschlossen, sehr geheult und geschrien, durch harte Worte und Bedrohungen der Eltern genöthiget worden mit zu Tische zu gehen, bald aber von Tische wieder aufgestanden, und den Ring von Finger gethan, und sich seiner immer nachgehends geäußert, ledlich ad art. 22. seqq. daß, obwohl Implorant öfters an sie geschrieben, dennoch sie keinen Brief annehmen und erbrechen wollen, sondern solches die Mutter gethan, auch die Antwort darauf vom Vater ihr vorgeschrieben und solche abzuschreiben mit harten Bedrohungen genöthiget und mit Schlägen darüber tractiret werden, item was sie Imploranten geschenket, solches alles ihre Mutter, sie aber nie freywilling gethan, dieses auch 3) noch mehr bestärcket die vol. 2. fol 116. seqq. befindliche Aussage 4. anderer Zeugen, welche dahin gehet, daß sie vor Imploranten eine grosse aversion und tödlichen Hass gehabt ad art. 8. 9. & 15. Hergegen die Mutter durch Güte und Zwang sie zu dieser Heyrath zu bringen gesucht ad art. 10. Auch andere, sie zu bereden, aufgebracht, und sonstest heftig in sie geßwer, welches doch alles nicht geholfen, sie auch nicht leiden können, daß man sie mit Imploranten voxinet, test. ad art. 11. 12. 13. 14. Daher es auch geschehen, daß sie niemahls sich mit ihm freywilling verlobet testes ad art. 16. obgleich die Eltern sie so wohl zu der Reise nach G. als zur Abschreibung der Briefe und andern Umständen gezwungen, dahero sie sich oftte bey andern retiriret, niemahls keine Briefe von ihm erbrochen, welches allein die Mutter gethan, und auch Implorant ein und andere munuscula geschenkt, test. 2. ad art. 18. seqq. Wobey auch 4) sehr remarquabel ist, daß S. der doch zu der Zeit, da

Die Verslobung geschehen seyn soll, mit im N. N. Haus zu Gaste gewesen, vol. 2. fol. 216. seqq. eydlich aussaget, daß er weder zum Ehe-Verlöbniz invitiret, noch deswegen gegen ihm etwas gedacht worden, welches doch wohl geschehen seyn würde, wenn es mit dem Ehe-Versprechen richtig und ohne Zwang zugegangen, hiernächst auch 5) des Implorantens eigene Zeugen, ob sie wohl mit der Sprache nicht recht heraus wollen, dennoch die Sache nicht wenig verdächtig machen, und vol. u. fol. 145. deponiren, daß die Eltern jederzeit unter der condition, wenn die Tochter einwilligen würde, consentiret, dieselbe hingegen sehr eunctiret, und weder mit ja noch nein herausgewolt, sondern sie immer gesagt, ich weiß nicht, ich bin noch jung, vol. n. fol. 152. ad art. 21. & 22. daher der Vater ihr zugeredet, und mit ihr geschmählet test. 2. ad art. 29. und der Secretarius H. wie sie sich widerspenstig erzeiget, damahls bereits befürchtet, daß nichts gutes daraus werden würde test. 1. ad art. 32. fol. 157. wie sie denn auch bey der vorgegebenen Verlöbniz beständig geweinet, und nicht ja gesagt, vid. test. 1. & 3. ad art. 36. & 37. auch der Implorante ihr den Ring selbst nicht gegeben, als welches der Vater gethan test. 1. ad art. 39. Dahero er auch gegen Secret. H. den andern Tag sich sehr beschweret, daß sich seine Braut gegen ihn nicht freundlich aufführe, test. 17. ad art. 41. Als hieraus 6) erhellet, daß Implorante den angethanen Zwang wohl merken können, sich daher nicht gebühret hat, auf dergleichen Art in sie zu sehen, wie wohl auch in sponsalibus metu initis nicht regardiret wird, a quo ille peruererit B. STRVK de diff. sponsal. sed. 2. §. 18. Über dem auch 7) die Eltern gestehen, daß ihnen wegen solcher Heyrath sehr zugesetzt worden, sie auch vor dem sel. O. H. V. des Imploranten Bruder, sich gefürchtet, oder wenigstens eingebildet haben müssen, als wenn ihre Tochter durch diese Heyrath sehr glücklich seyn, und ihr Schwieger-Sohn durch Vorschub seines Bruders sehr hoch steigen würde, daher, daß sie diesen ungehörlichen Zwang vorgenommen, sie mögen bewogen seyn, welches doch billig ex officio zu bestraffen, und hindert 8), hierbey nichts, daß Secret.

cret. H. Frau und Tochter ausgesaget, daß sie der gleichen Zwang nicht gemercket, vielmehr Imploratinne, wie sie in G. gewesen, ihr Ja freywillig von sich gegeben, die gratulation angenommen, und mit der Frau Secrerarien H. nach den seel. O. H. P. gegangen, und auch daselbst die gratulation angenommen, zumahl eines Theils die angeführte Umstände weisen, daß sie dazu gezwungen worden, andern theils auch die ordentliche Verlobung damahls noch nicht, sondern erst nachgehends zu Z. erfolget, und was damahls geschehen, vornehmlich in consideration zu ziehen, ja 9) wenn auch gleich ein verbündliches Ehe-Verlöbniß vorgegangen, dennoch nunmehr zu erwegen seyn würde, ob gestaltan Sachen nach, da Implorante von ihr der gleichen iniuriouse Beschuldigungen geschrieben, daß nicht leicht eine reconciliation zu hoffen, auf die Vollziehung der Ehe zu erkennen seyn würde, M E V. 4. Dec. 45. NICOL. de repud. P. I. c. 2. n. 15. und wenn auch 10) die Eltern es darinn verschen, daß sie durch solchen Zwang den Imploranten aufgehetzt, so mag doch solches die Imploratinne nicht binden, sondern er hat nur deswegen seinen regres an die Eltern, welchen er auch bereits eventualiter genommen haben soll &c. Alterum responsum A. 1717. Mensf. Aug. conceptum hoc est. Auf geführten Beweis und erfolgte Geseze in Sachen ic. erkennen ic. daß Kläger dasjenige, was ihm zu beweisen obgelegen, und er sich angemäßet, wie recht nicht erwiesen, dannenhero Beklagtinne von der angestellten Ehe-Klage zu entbinden und loszusprechen, und werden die Unkosten aus bewegenden Ursachen gegen einander compensirt uns aufzuhoben. *Rationes decidendi.*  
 Obwohl Kläger in seinen geführten Beweis dargethan, daß der best. Eltern auf sein Ansuchen ihm ihre Tochter die Beklagtinne bis auf Priesterl. Copulation zugesagt. test. rotul. 1. ad art. 4. item rot. 2. ad art. 3. die Tochter auch darinn endlich contentiret, und nach der Mutter relation sich resolviret, ihn zu heyrathen, dabey contestiret, daß es ihr leyd thäte, daß sie dem Mann nicht recht in die Augen gesehen test. rotul. 2. ad art. 5. auch auf ihres Vaters Studier-Stube das Ja-Wort würck-

*Nouo response  
hoc declaraz.  
tur.*

lich von sich gegeben; test. 1. rotul. 1. ad 9. einen Ring von Klägern empfangen, und bey der Mahlzeit am Finger behalten test. 1. rot. 1. ad art. 11. test 1. rot. 2. ad art. 6. die graculation auch deswegen von unterschiedlichen Personen angenommen test. rot. 2. ad art. 6. test. 1. rot. 1. ad art. 16. Hiernächst einige Tage hernach abermahl mit einem, mit Gold und Silber gewirckten Tuch von Kl. beschencket worden, sich als eine Braut nach diesen gehalten, test. rot. 1. ad art. 24. seqq. ja selbst an ihn einen Brief geschrieben, und in demselben ihn mon coeur geheissen, welches alles dann durch die n. art. 144. befindliche Briefe bestärcket und erleutert wird, und dahero um desto weniger der Bell. Borgaben, daß die ganze Sache noch in meris tractatibus gestanden, und nicht zum Schlüß gekommen, ingleichen, daß sie nicht freiwillig consenteiret, statt zu finden scheinet, da das erste aus den angeführten Umständen erhelllet, und die unvollenzogene Ehe-pacta ad essentiam sponsaliorum nicht gehören, das andere auch nicht præsumiret, vielmehr erfodert wird, ut apertissimæ probationes violentia huic præsumptioni opponantur, / 23, pr. D. quod met. caus. und obwohl aus der Eltern Aussage sich hervor thun will, daß die Bell. sich gegen dessen Verlobniß in etwas gesperret, dennoch keine absoluta coactio aut metus iustus daraus zu erhellen scheinet, sondern genug ist, daß die Bell. sich endlich nach ihrer Eltern Willen accommodiret, cum filia, que parentum voluntati non repugnat, consente videatur l. 12. pr. de sponsal. um destomehr, da die Bell. Gelegenheit genug gehabt, sich an höhern Ort über angethanen Gewalt zu beschweren, id quod vbi omisum, sponte in matrimonium consensisse præsumitur. BRUCKNER in decis. matrim. c. 21. n. 31. Dieweil aber dennoch aus derer Zeugen Aussagen nur so viel hauptsächlich erhelllet, daß der Bell. Eltern ihren Consens zu dieser Vollenziehung gegeben, und solche gerne zum Stande bringen wollen, an dem vornehmsten requisito aber, neml. der Bell. consens ein grosser Mangel sich hervorthut, zumahl aus der Bell. Eltern Aussage, die Kläger als producent gegen sich gelten lassen muß, auch sonst in materia sponsaliorum vim pro-

probandi hat, c. 3. inf. qui accus. matrim. poss. CARPZ. l. 2.  
iur. ap. cons. def. 106. n. 11. seqq. erhellet, daß die Bell. auf  
Klägers gehane Anwerbung durchaus nicht contentiren wol-  
len, dies aber ihr hart zugesetzt, heftig gedrohet, und selbsten  
dem Kläger vorgestellet, ob er eine Frau mit Zwang haben wol-  
te? derselbe dennoch sich resolviret, sie möchten ihr bestes probi-  
ren, wenn es nicht anders als mit Zwang geschehen könnte, dar-  
auf auch erfolget, daß die Eltern nebst dem Freywerber der Bell.  
abermahl heftig zugesetzt, und sie so geängstigt und geplaget,  
daß sie aus einem Winkel in den andern gelauffen, und die El-  
tern selbst mit ihr ein Mitleiden gehabt, sie auch ihre keine lange  
Bedienzeit auf ihr Verlangen geben wollen, sondern Herr H.  
als Freywerber so fort den andern Tag wieder gekommen, und in  
ihre abermahl, da sie frant zu Bette gelegen, gedrungen, und die  
Eltern ihr mit Dräuung und Schlägen hart zugesetzt v. testes  
rot. i. ad interr. 1. seqq. art. 4. & 5. test. rot. 2. ad interr. 1. seqq.  
art. 4. Dahero auch der Zeuge H. nicht sagen können, daß die  
Bell. in die Ehe-Besprechung gewilligt test. rot. 2. ad interr.  
16. art. 4. In übrigen dasjenige, was die Eltern dem Kläger  
von der resolution ihrer Tochter zu dessen Ehe vermeldet, um  
ihn dadurch aufzurichten, der Bell. nicht prejudicieren mag, son-  
dern die Eltern alles für sich gethan, Klägern nach E. wider der  
Bell. Willen kommen lassen, und obwohl daselbst auf der Bell.  
Vaters Studier-Stube sie ihr Ja-Wort von sich gegeben, und  
einen Ring angenommen haben soll, dennoch aus der vorher  
mit ihr vorgenommenen und straffbahren procedur erhellet,  
daß sie aus Zwang auf die Studier-Stube gehen müssen, da sie  
auch auf die Anwerbung kein Wort antworten wollen, ob ihr  
gleich ihr Vater hart zugeredet, sondern vielmehr ganz conser-  
niret, und in Furchten gestanden, dahero sich mere passive  
aufgeföhret, und den Ring sich auf den Finger stecken lassen,  
dazu sie die Hand nicht freiwillig hergegeben, auch sich definie-  
gen nicht einst bedanket test. rot. 1. ad interrog. 1. seqq. art.  
16. & 11. welches auch nicht eimahl wegen der darauf geschehe-  
nen gratulation geschehen test. rot. 2. ad interrog. 1. seqq. art. 7.

In

In übrigen diese Furcht und Zwang nachgehends continuet, daß sie sich endlich ganz desperat aufgeföhret, *teſt. 2. rot. 1. ad inter. II. art. 1.* Und ob Bellagter sie zwar nachgehends mit einem Buch beschencket, sie es doch nicht annehmen wollen, sondern er es nur bey ihr hingelegt, *teſt. 1. rot. 1. ad art. 14. eum adi. interrog.* Wogu noch dieses kommt, daß wie sie auf dasiges Freyſchiessen nach H. mit ihren Eltern gereiset und in Kl. Hauf gekommen, sie sehr erschrocken und geruffen, ach Herr Jesu, wo komme ich hieher, *teſt. rot. 1. ad interr. 4. art. 20.* sich sehr betrübt in Klägers Haufe aufgeföhret, daß ihr die Thränen immer in Augen gestanden, dahoo die Eltern inständig gebethen, daß sie bald wieder abreisen möchten *teſt. rot. 2. ad interr. 15. art. 13.* welches solche notable Umstände sind, die keinen freyen Willen zur Ehe Verlöbniß, welchen die Nechte erfodern, sonder vielmehr den äußersten Zwang und Missbrauch der Elterlichen Gewalt in sich halten, und um desto mehr zu missbilligen sind, da Kläger solchen Zwang und Wiederwillen wohl gewurst, und aus allen Umständen gemercket, und er daho als ein Prediger in solchen wider Gottes Wort und denen Rechten streitende Sache nicht billigen, noch dieselbe poußiren sollen, keinesweges auch diese procedur pro nudo metu reuerentiali anzunehmen, *cum minz, grauiores verbera, aliisque importunitate persuasions iustum metum operentur, BRUCKNER. cit. I. n. 19. &c de qualitate metus iudex ex qualitate personarum & statu aliquaque circumstantiis iudicare debet, STRYK: de diff. spons. ſetz. 2. §. 18.* Absonderlich da keine Handlung mehr einen freywillingen Consens, als eben die Ehe Versprechung erfodern, *cum constet, quod coactiones difficultates exitus soleant habere, c. 14. & 17. X. de sponsal.* dahoo dann aus solcher Absicht die Ehen unter denen Personen, wo nur einige Suspicio concussionis grauioris seyn kan, bey denen Römern verbotzen gewesen, *I. 38. pr. I. 37. pr. I. 65. pr. & 9. r. a. Rtt. Nup. I. 6. c. de Nupt.* und um destoweniger eine solche unchristliche Handlung einige Verbindlichkeit haben mag, wogu doch kommt, daß Kläger sich nachhero sehr importun und hart geht.

gegen die Welt, aufgeführt, gedrohet, und den Eltern einen grossen Widerwillen gegen ihre Tochter beybringen wollen, ihr vor gehalten, daß der Satan bey ihr wäre, daß wenn er ein solches Kind hätte, er ihr den Haß umdrehen wollte, test. rot. 1. ad inter. 6. sugg. art. 26. Wodurch er noch mehr Gelegenheit zu aller Verbitterung und disaffection gegeben; Endlich was den geschriebenen Brief, worinn si ekl. mon coeur genannt, betrifft, aus den interrog. ad art. 27. rot. 1. erhelllet, daß die Bes El. solchen nicht aufgesetzt, sondern ihr Vater ihn concipiret, und sie denselben abzuschreiben gezwungen, also es hier allenthalben an der Bindlichkeit ermangelt, so ist geschehener massen zu erkennen gewesen.

§. XVI. Porro exinde (II.) fluit, nec iuramento confir- *Cœcla spou-*  
mata eiusmodi sponsalia, vi maiori contracta, subsistere *falia nec in-*  
sed ipso iure nulla esse, cum nec iuramentum vi metuque *ramento*  
extortum aliquid roboris habeat. Ait Alexander III. in c. *connale-*  
*scuns.*

2. X. de eo qui dux in matrim. iuxta edit GONZALEZII,  
Si vobis constiterit, quod eidem O tanta vā illata fuerit, vt  
predictum A iuraret in uxorem accipere, & quod non sponte in  
eam consenserit, nec post presitum iuramentum ipsam carna-  
liter cognoverit, propter hoc non dimittatis, quia ad aliam,  
quam postea in uxorem accepit, reuertendi liberam, appella-  
tione remota, tribuatis facultatem. Idem confirmant ca-  
nonici iuris interpretes, ut SANCHETZ de matrimon. lib. 4.  
disp. 20. n. 14. COVARRV. de matrimon. c. III. §. 5. n. 1. sugg  
& ICti protestantes CARPZOV. lib. II. iurispr. confess. def.  
28. B. STRYK. de diff. sponsal scđt. 10. §. 18. in f. BEVST. de  
matrim. 7. c. 44. Idem docet recta ratio, quæ ex iis, quæ in  
limine huius dissertationis dicta sunt, colligi potest.  
Vtrum AVGVSTINVS relatus in c. 22. C. qu. 4. recte phi-  
losophatus sit, rationemque subduxerit, subdubito. Scribit: *Augustini*  
Inter cetera, ait, vt rogaueras a patre nostro Ambroſio quæ-  
fui, quid tibi charissime agendum sit de Hubaldo parochiano  
tuo, qui captus & timore necis impulsus sue concubinæ iuramen-  
to firmavit, ipsam in coniugem suscipere propriamque matrem  
D

*Sententia ex-  
aminatur.*

CUM

cum fratribus de domo expellere, nihilque eis alimonii vñquam impendere. Quia vero quam prius concubinam habuerat, non est peccatum in coniugem suscipere, matrimonium sit in Deo firmum & stabile. Questio ipsa fatis anceps proposita erat. Disquirebatur, quid agendum esset de Hubaldo? quid vero hoc ipsum involuat, non additur. SEVERVS Episcopus Mileuitanus querebat. Episcopi decernebant de peccato; pro eo imponebant poenitentias, censurasque; denique iudicabant, an aliquid esset peccatum: quod saepe dubium esse poterat. Hoc rerum statu duas questiones erant distincte tractandae: I) utrum hoc iuramentum licito seruari posset & ratione iurantis nullum involueret peccatum? (II) an esset obligatorium, vt ab eo recederet non liceret? Qui metu coactus iurat, si id seruat, non peccat, licet haud obligetur, vt seruet. Priorem questioneum tantum resoluisse AVGVSTINVS videtur in adducta specie, casus diuersos separando. Iuramentum de matrimonio cum concubina ineundo non esse peccatum, ait, bene tamen illud, quod de expulsione matris cum fratribus erat prestitum. Si in hoc substitisset, res foret conclamata. Verum vltierius progreditur, & inde concludit, quia concubinam in coniugem suscipere nullum est peccatum, matrimonium sit in Deo firmum & stabile. Attribuit iuramento coacto & per vim extorto efficaciam obligandi; matrimonium metu mortis extortum propter iuramentum in Deo firmum & stabile esse contendit, iuramenti religione sine dubio tactus. Nec solus fuit, qua hanc tueretur sententiam: plures enim fecuti sunt, vti passim obseruant Theologi. Verum non respiciendum, quid AVGVSTINVS dixerit, sed quid dicere debuerit; adeoque hac in questione turbas dare nequit.

*Nec relaxa-  
tionem defi-  
derant.*

§. XVII. Adeo vero nullum esse matrimonium hoc, porro docent, vt ne quidem relaxandum sit iuramentum, aut poenitentia ei, qui iurauit, imponenda, quippe quæ tantum iis, qui temere iurarunt, qui iuramentum violarunt, imponitur. c. 22. X. de sponsal. Evidem quod nullum

Ium est, nulla indiget *rescissione* aut *relaxatione*; in iuramento tamen nullo, invalido, irrito, relaxationem alias requirunt Dd. Ecclesiae Romane, imo non pauci ex nostratis, obseruante DN. PRAESIDE in iur. eccles. protest. tit. de iurei. §. 51. Error communis debetur vulgato principio, in iuramento aliquid promitti Deo, votumque fieri, adeo eum, qui coactus iurat, non quidem ei, cui iurat, obligari, bene tamen Deo, & respectu Dei relaxationem necessarium esse c. 6. X. de iureiur. Ab hac doctrina tamen plerique recedunt in matrimonio, in sponsalibus dubitant, vti ex iis, quæ SANCHEZ de matrim. lib. IV. disp. 20. n. 14. seqq. & disp. 21. COVARRVVIAS de matrim. c. III. §. 5. GONZALEZ ad c. 15. X. de sponsal. n. 9. WIESTNER ad b. t. X. de sponsal. II. 246. seqq. tradunt. Ratio diversitatis est, quod sponsalia dissolutionem admittant, non item matrimonium, ob sacramenti significationem. Si in matrimonio coacto vulgate instituerent doctrinæ, in infinitos incidissent scopulos, neque tam facile relaxationem hic admittere potuissent, vt in aliis negotiis. Hæc enim matrimonii, stricto iure validi, dissolutionem in se contineret, quam *sacramenti mysterium* prorsus respuit. Quia tamen iniquissimum fuisset, tali matrimonio robur addere, maluere potius ab hac regula matrimonium excipere, & in eo nullam desiderare relaxationem, quam ei insistendo fese periculosisimis committere fluctibus. Rationes, quas SANCHEZ aliquæ adferunt, secundum hypothesis iuris canoniconi concludunt. Ait, *contractum hunc prohiberi ob publicam uitatem*; sed eadem ratio quoque militat in aliis negotiis, extorto iuramento firmatis, quæ tamen relaxatione opus habent. Pergit SANCHEZ: *Quia iuramentum sequitur naturam & conditionem contractus, cui accedit, & matrimonium requirit liberum & pontaneum consensum, iuramentum ibi accedens eam habet subintelleclam conditionem, si consensus liber ac spontaneus sit, quare, deficiente conditione, corrigit iuramentum.* Si hæc ratio vera esset, in sensu iuri canonici

nici, nullum iuramentum metu extortum indigeret relaxatio-  
nem, quam tamen exigunt, cum omnia negotia liber-  
tatem consensu supponant. Ratio adducta omnino sana est,  
& inde quoque generatio saniores ICti nullam exigunt  
relaxationem; ast Pontificii se se hac ratione non possunt  
ex laqueis expedire, nisi ad doctrinam de *sacramento* con-  
fugiant. Hic respectus in sponsalibus nudis, *de futuro*,  
cessat, adeoque vix est, vt relaxationem excludere pos-  
sint, si desertores doctrinæ communis fieri nolint. Inter  
protestantes nulla desideratur relaxatio, ne quidem in ali-  
is negotiis; vt enim nonnulli eam ex errore juris pon-  
tificii in aliis causis postulent, a sanioribus tamen eis opti-  
mis ex fundamentis contradici, certum est.

*Pater liberos,*  
*qui cœliba-*  
*tum præfe-*  
*runt, ad ma-*  
*rimoniū*  
*cogere nequit.*

§. XIX. Præterea (III.) ex hac doctrina sequitur, vt  
pater liberos, qui cœlibatum matrimonio præferunt, ad  
illud ineundum cogere nequeat. *I. 21. de R. nupt. I. 12. C. de*  
*nupt.* Addit hanc rationem *SANCHEZ. lib. IV. de matrim.*  
*diss. 22. n. 4.* quod in matrimonio sit quedam seruitus perpe-  
tua, & ideo cum hæc liberæ conditionis, a patre ad hanc serui-  
tutem compelli non possit. Admodum iciuna est hæc ratio,  
sicuti matrimonio seruitutis appellatio improprie tribui-  
tur, quia alioquin omnis obligatio personæ seruitutem con-  
tineret. Hoc vnicum sufficit, quod in contrahente *libe-*  
*ra voluntas* adesse debeat, *I. 14. C. eod.* nec pater *interesse* alle-  
gare possit, quod *iure perfecto* interficit eius, habere natos  
natorum, familiam conferuari, & in posteros propagari,  
feudum vel fideicommissum non extingui; hæc enim &  
similia argumenta nullum *ius perfectum* inuolunt. *Quod*  
*persuasionibus & rationibus solù efficiendum* est, ad id nemo  
cogi absolute potest neminique *libertas matrimonii* est adi-  
menda. *ROCCA diss. sel. c. 149. n. 118. KLOCK. tom. IV. conf.*  
*37. n. II. ALEXANDER SPERELLVS in decis. for. eccl. 172.*  
*n. 42. PACIANVS alleg. 76. n. 5.* Romani tamen rursus hic  
distinguebant inter *filium fam. & filiam*. Ille ad matrimo-  
nium ineundum cogi non poterat *I. 21. cit. filia famili. faci-*  
*lius*

*Romanis ta-*  
*men distinxer-*  
*re inter filios*  
*& filias.*

lius cogi, vt recte censet TELLERV<sup>s</sup> cit. l. ax. 6. §. 12. cum pater filiam inuitam despondere potuerit. Quid de hoc discrimine hodie habendum sit, ex ante dictis liquet. De effectu supereft adhuc omnis difficultas; an coniugium *Effectus coactionis.* hoc validum sit, nec ne? Hic maior dubitandi ratio fe-  
se exserit, quam in priori casu, vbi quis cogitur ad spon-  
falia contrahenda cum eo velea, quem vel quam auersa-  
tur odioque habeat, vt nunquam animorum conspiratio  
speranda sit. Hic vero pater cogit tantum filium majori-  
vi, in genere ad ineundum matrimonium, qui cœlibatum  
preferebat, electionem tamen ei saluam relinquit, vt spon-  
sam sibi eligere possit. Quid si itaque iusto metu territus  
sponsam sibi elegit, cum ea sponsalia iniit, an his obligetur?  
Ni me omnia fallunt, CELSVS in l. 22. D. de nupt. decisio-  
nem huius casus habet, vt verba ipsa indicant. Præmissa est  
TERENTII CLEMENTIS sententia in l. 21. eod. Non cogi-  
tur filius fam. vxorem ducere. Hic generatim disponitur de  
filio haud cogendo ad ineundum matrimonium, qui in  
cœlibatu degere manult. Effectum huius coactionis statim  
subiiciunt compilatores ex mente CELSI, aientis: Si pa-  
tre cogente dicit uxorem, quam non duceret, si sui arbitrii es-  
set, sed in cœlibatu permaneret, contraxit tamen matrimo-  
nium, sponsamque vel uxorem sibi elegit, quod inter inuitos  
non contrahitur (quod quidem nullum est, si inter reluctan-  
tes contrahitur, vbi ipse sponsam non elegit) maluisset tamen  
hoc casu hoc videtur, dum ipsemet uxorem sibi elegit, quam  
repudiare ea de causa nequit, quod maluisset in cœlibatu  
manere. Plerique cum BRVNNEMANO ad cit. l. hunc tex-  
tum de metu reuerentiali intelligunt, quæ interpretatio ta-  
men magis contorta, quam vera est, dum de patre cogente,  
non suadente aut unde imperante loquitur. Deinde  
verba hæc, si patre cogente dicit uxorem, non præcise cer-  
tam innuunt personam, quam ducere cogitur, sed genera-  
tim indicant, filium familias ad matrimonium ineundum  
coactum fuisse, quod non iniiset, si sui fuisse arbitrii. De-

nique ICtus rationem diuersitatis quoque subiicit, additque *inter inuitos quidem illud non contrahi*, hoc tamen casu subsistere, quod hoc *maluissē videatur*, eligendo certam personam, cum qua contraxit, quæ b. f. cum eo sponsalia inuit, ab eo delecta & ad matrimonium destinata est. Valer ergo hoc casu connubium.

*Nec magistratus inuitos ad matrimonium ineundum cogere potest.*

S. XIX. Postulat vterius (IV) *libertas matrimonii*, vt magistratus inuitos subditos ad illud ineundum cogere non possit; deficit enim lex, quæ magistratu*hoc ius cogen-*  
*di concedit*. Vnde licet Pastores in ecclesiis protestantium in libertatem contrahendi nuptias vindicati fuerint, cogitamen a Consistorio & per poenam compelli non possunt, vt vxores ducant, vt recte censet CARPZ. l. 2. *iurispr. confit. def. 5.* Leges ecclesiastice clero nostrarum ecclesiarum *libertatem concesserunt*, absolutam autem necessitatem haud imposuerunt. In ordin. eccl. Brandenb. d. A. 1542. tit. von heiligen Ehestande expresse caurum, daß die Freyheit zu ehelichen jederman offen stehē und zugelassen, jedoch welche sich des coelibatus halten können, dazu nicht gedrungen werden sollen. Forsan non desuere, qui in alterum extreum proni, clericos ad ineundum matrimonium cogendos esse censuerant, quod merito præcaendum fuit. Annon ergo coelibatus per leges prohiberi, & subditi per poenas cogi possunt ad societatem coniugalem? olim coelibatum apud Romanos interdictum fuisse, constat. Testis est sozomenus lib. I. hisp. eccl. c. 9. aiens: *Vetus lex fuit apud Romanos, que vetabat: ne coelibates ab anno etatis quinto ac vicecessimo pari iure essent cum maritis, tum in aliis plurimis rebus, tum in eo, ut nibil ex testamento caperent, qui non essent generè proximi.*-- Tulerunt hanc legem veteres Romani, cum spectarent futurum hac ratione, ut urbs Roma & relique provincie imperii Romani, hominum multitudine abundantarent. Etenim paulo ante hanc legem quam plurimos homines amiserant, bellis ciuilibus absuntos. Refert sozomenus legem Papiam Poppoeam, quam AVGSTVS auxit.

Ait

*An per poenas  
coelibatus  
prohibiri  
possit?*

Ait TACITVS lib. III. annal. Papiam Poppæam Senior. Augustus post Iulias rogationes in excitandis cælibum poenis & augeando ærario sanxerunt conf. IACOB. GOTHOFRED. in not. adl. Iul. & Pap. de maritand. ordin. pag. 336. seqq. LIPSIVS in notis ad Tacitum cit. l. PITISCVS in lexico antiqu. Roman. voc. coelibatus. Inter caduca olim pro augendo ærario talia lucra hereditaria relata fuisse, memorat VPIANVS in fragm. tit. 17. §. 1. vbi caduca recenset, & iis accenset, si coelebi legatum fecerit, nec inura dies centum coelebs legi paruit; ducta videlicet vxore. Poterat ergo coelebs heres institui, vt IDEM tit. XXII. §. 3. docet, sed lucro priuatur, si intra tempus definitum vxorem haud duceret. Huc alludit PLUTARCHVS de amore aitque: Plerique Römanorum uxores ducunt liberosque suscipiant, non ut heredes habeant, sed ut heredes fieri ipsi possint. Evidem recte iudicat GOTHOFREDVS cit. l. v. 335. in f. non præmis modo coelibus ad capessenda matrimonia, orbique ad sobolem procreandam replendamque liberis rem publicam in uitatos hac lege Papia, verum & propositio poenarum metu ad id coactos fuisse. Talis tamen coactio fuit, quæ absolutam vim non inferebat, sed adhuc libertatem matrimonium ineundi vel repudiandi subditis relinquebat, quod prudentæ legislatoriæ admodum conueniens erat. Non enim quævis negotia ita comparata sunt, vt ad ea directo quis cogi vel absolute compelli possit; sufficit coactio indirecta, vt magis sponte homines ea suscipiant, quæ arbitrium quodammodo liberum postulant: suffulit vero tandem hanc legem CONSTANTINVS in l. 1. C. de infirm. poen. coelib. cuius rationem SOZOMENVS cit. l. 1. hanc adfert: Cum igitur animaduerteret imperator, eos, qui virginitatem & orbitatem propter amorem Dei consecrarentur, ob id peiore loco esse, stultum esse existimauit, credere humanum genus humana posse cura ac diligentia amplificari, cum natura iuxta Dei dispensationem semper detrimentum accipiat & incrementum. Itaque legem dedit

*ad populum, ut coelibus & orbi pari iure, quo reliqui omnes, fruerentur.*

De moribus  
aliarum gen-  
tium circa  
coelibatum.

§. XX. Ceterum si mores aliarum gentium intuemur, animaduertimus, *coelibatum* plerisque odio habitum fuisse, vt ciues eo magis ad matrimonia ineunda cogerentur. Apud Græcos inter crimina publica *coelibatum* refert *IVLIVS POL-*  
*L V x teste PFEIFFERO in antiqu. Græc lib. II. c. 25. Idem cit. I.*  
*lib. IV. c. 1. refert, Lacedaemon foeminas quodam festo*  
*die coelibes viros circum aram tractos impactis colaphis*  
*caedere, vt indignitatem eius contumeliae perosi, liberos*  
*ac prolem tollere cuperent, & tempestiue adjungerent se*  
*se vxoribus. Veteres Germani itidem *matrimonio* magis*  
*fauerunt quam *coelibatu*, coelibesque vocarunt, nomine*  
*odioso, Hægenholze; vt plenus ostendit *SHO TCTELIVS**  
*de antiqu. in Germ. iur. c. 1. docetque rarius coelibes ad*  
*officia publica promotos, eorumque bona acquisita post mor-*  
*tem fisco deuoluta fuisse, quae nec hodie vbiique sublata est.*  
*Singularem poenam *LYCVRGVS*, teste *PLVTARCHO in Lycurg.**  
*c. 26. iiis, qui ducere vxores nollent, constituit, ut a spe-*  
*ßandis certis certaminibus arcerentur, ac hyeme iuberentur*  
*a magistratu nudi in orbem circumire forum atque ante cir-*  
*cum eundum cantare carmen quoddam in se compositum. Ta-*  
*lem *coactionem* pro reipublicæ commodis admittunt mar-*  
*rimonia, quamuis modus cogendi talis eligendus, qui a vi*  
*absoluta immunis sit.*

Matrimonia  
olim cum iis  
probibita, a  
quibusconcur-  
sio erat metu-  
enda.

§. XXI. Hac de causa quoque (V.) constituerunt Ro-  
mani, ne qui prouinciam administrabant ad tempus pro-  
uincialem foeminam vxorem ducerent, vt omnis concus-  
sonis occasio praeccluderetur. *PAVLVS in l. 38. pr. de Rit. nupt.*  
huius prohibitionis mentionem facit, aitque: *Si quis offi-*  
*cium in aliqua prouincia adiunxit, inde oriundam, vel ibi*  
*domicilium habentem uxorem ducre non potest, quamvis spon-*  
*sare non prohibeatur, ita scilicet, vt si post officium depositum*  
*noluerit mulier nuprias contrahere, liceat ei hoc facere arrhis*  
*tantummodo redditis, quas acceperat. Imo nequidem præ-*

pro-

provincie consentire poterat filio suo vxorem ducenti, l.  
37. D. eod. eum RATIO POTENTATAS nuptias prohibuerint, vt  
dicitur in l. 63. D. eod. qui iussum meum inferebat, ne li-  
bere dissentire fœminæ possent. Idem confirmatur in l.  
vn. C. si rector prouinc. potissimumque inde ratio prohibe-  
di defumitur, quod eiusmodi rectores prouincia parenti-  
bus aut ipsis, quæ matrimonium contracturæ sunt, possint esse  
terribiles, eaque de causa nulla obligatio ex eiusmodi spon-  
saliibus nasci deberet. Addiderunt preterea imperatores  
nouam poenam, vt extrinsecus data pignora lucrativa ha-  
berent, si ea non putarent reddenda, quæ iuxta PAVLVM red-  
denda antea erant, vt docet GOTHOFRED. in C. Theod. ad  
cit. tit. Grauiorem idem constituerunt in l. vn. C. si qua-  
cunque pot. præd. in eos, qui circa nuptias inuitis puellis  
vel parentibus earum contrahendas occasione POTESTATIS  
vtuntur & MINACEM FERVOREM(vel potius fauorem, vt Co-  
dex Theod. legit:) inuitis his, quorum utilitas agitur, ex-  
hibuisse deteguntur, adeo, vt etiam conatus poena plecta-  
tur constituta, vt coactiones illiciæ quoquis modo evita-  
rentur.

§. XXII. Præterea (VI.) illæ quoque machinationes  
prohibite sunt, quæ per sub- & obreptitia rescripta terro- *Nec per re-*  
rem inuitis incutiebant. Qui huiusmodi rescriptum im- *scriptum*  
petrauerat, eiusque præsidio ad extorquendum consensum il- *principis pa-*  
licite vtebatur, rescripti fructu non tantum carebat, sed & *tere nuptias*  
bonis suis multatus deportabatur, filios iustos non suscipi-  
ebat, amissio iure matrimonii, veniæque ipses ei) impostorum  
præcidebatur. l. l. C. si nupt. ex rescript. per. Additur in C.  
Theod. hæc ratio: Nos enim pesi de nobis nuptias supplica-  
tione prohibemus, quas deceat de voluntate parentum, vel ipsis  
adulitis puellis aut mulieribus impetrari. Eo ipso tamen mi-  
nime prohibentur liberi, consentientes in matrimonium,  
per rescriptum impetrare facultatem nubendi, si parentes  
injuste denegant consensum, quia eo ipso abutuntur sua  
potestate, & ita recte defectum consensus parentum, prin-  
cipis

ceps vel consistorium supplet. CARPZ. lib. II. iurispr. consit.  
def. 52.

*Nec per poe-  
nam conuen-  
tionalē con-  
stringi pote-  
rānt nuptiā,*

§. XXIII. Adeo vero (VII) fauebant Romani matrimoniorum libertati, ut ne quidem pœnam conuentionalem in connubiis permitterent, sed tales stipulationem contra bonos mores esse crederent. *In honestum visum est*, ait ICtus in l. 134. in f. de V. obl. vinculo pœnae matrimonia obstringi sive futura sine iam contracta. Hac de causa Prætor denegebat actionem, quod iniquum videtur, eligendi matrimonii pœnae metu libertatem auferre, ut dicitur in l. 71. §. 1. de condit. & demonst. Plenius ALEXANDER in l. 2. C. de prob. stipul. mentem Prætoris explicat aitque: *Libera matrimonia esse, antiquitus placuit. ideoque pacta, ne liceret diuertere, non valere, & stipulationes, quibus pœna irrogarentur ei;* Ratio ex di- qui queue diuortiorum fecisser, ratas non haberi, constat. Matrimoniorum lib- bertate peti- tar.

*Hoc posse  
correllum,*

*sed rursus in-  
re canonico  
approbatum.*

Ait: *Vbi est illa felicitas matrimoniorum de moribus ubique prosperata, qua per annos ferme sexcentos ab urbe condita nulla repudium domus scripsit -- repudium vero iam & votum est quasi matrimonii fructus.* In hoc libertas matrimonii querebatur; hi erant boni illi mores, intuitu quorum stipulatio penal is improbata erat, quibus tamen mores antiquiores recte præfert TERTULLIANVS. Postquam vero pa latim restringi coepit repudiorum & diuortiorum licentia, nihil amplius bonis moribus contrarium in pœna hac contineri dicendum, vnde etiam LEO in Nouell. 18. illam admisit approbavitque. Nihilominus tamen decisionem iuris Romani GREGORIVS IX. in c. 29. de sponsal. sequitur, quod quidem si generaliter capiendum, admodum incongrue factum videtur. Proponitur Pontifici casus, quo sponsalia inter eos, qui adhuc erant infra septennium conflitti, a parentibus celebrata erant, adiecta pena, soluenda a parte, que contraveniret. Respondet Pontifex: *Cum itaque*

staque matrimonia libera esse debeant, & ideo talis stipulatio propter poenam interpositionem sit merito improbanda, mandamus, quatenus si est ita, eundem B. ut ab extorsione dictae poete desistat, ecclesiastica censura compellas. Admitti potest haec decisio in casu adducto, quo sponsalia imperfetta nec obligatoria erant, sed singulis permisum erat, puritate adueniente recedere. Ne haec libertas per indirectum tolleretur contra legum dispositiones, & parentes ad euitandam poenam liberos ad sponsalia consummanda coegerent, Pontifex vsus est decisione iuris Romani. Ad sponsalia perfecta, quae vim obligandi habent, & poenitentiam excludunt, minime referri potest, & hinc est, quod B. STRYK de dissens. sponsal. sect. I. §. XIV. hodie tale pactum poenale admitti statuat. Quamuis enim, altero urgente, sponsalia consummanda sint etiam a reluctante, quia tamen absoluta compulso adhiberi nequit, ut cap. seq. euincam, hunc habebit effectum, vt poena a prorsus reluctante exigi possit, qui etiam extra hunc casum ad satisfactionem tenetur, seu interesse praestandum, id quod reuera in poenam conuentam est coniectum. Admittit GONZALEZ ad cit. c. n. 5. agi posse contra refractarium ad interesse, sponsaliibus dissolutis, & tamen negat, poenam adiici iis posse, quae tamen tantum interesse conuentionale determinatum continet, & vbi ad interesse petitio adest, ibi eriam hoc per poenam determinari potest. Evidem responderet, hoc tunc tantum permisum esse, vbi poena conuentionalis non est prohibita. At vero frustra supponit, in cit. c. 29. generalem prohibitionem contineri, quae tamen specialis est. Vide-licet, vbi interesse peti nequit, ibi facilius poena prohibiri potuit, id quod in sponsaliibus impuberum contingit. Incongrue autem ad sponsalia a puberibus contracta applicatur, vim obligandi producentia, ad quae adducta ratio, a libertate matrimoniorum desumpta, applicari nequit. Hoc supposito, plures obseruationes corruunt a SANCHEZIO

E z

de

de sacram. marrim. lib. I. disp. 30. seqq. adductæ, quæ supponunt, in genere adiectionem pœnae esse prohibitam.

*Dispositio testamentaria inter viros.* §. XXIV. Ea de causa (VIII) ulterius iuris interpres constituunt docentque, pro conseruanda libertate matrimonii omnem dispositionem testamentariam vel inter viros esse inanem, quæ illam tollat vel coarctet. ROCCA disp. iur. select. 194. n. 119. seqq. SANCETZ cit. l. disp. 33. MENOCH. cons. 425. KLOCK. tom. IV. cons. 34. n. II. Equidem CELSVS in l. 97. §. 2. de V. Obl. de hac conditione: *Si tibi nupsero, decem dari pondes?* ita censet, atque: *causa cognita denegandam actionem puto, nec raro (vel potius ita: & raro) probabilis causa eiusmodi stipulationis est.* Ast nullum ex hoc textu duci potest solidum argumentum. Ideo denegabat actionem Prætor, quia incidebat *donatio hæc in tempus coniugii*, inter coniuges prohibita l. 32. §. 22. D. de donat. inter vir. & vx. Posse vero aliter spe impetrandi, lucri aliquem inuitari ad certum matrimonium ineundum, PAPINIANVS autor est in l. 71. §. 1. de condit. & dem. vbi eam conditionem legato adiecit: *ut Menians uxorem quæ vidua est, ducat, haut remitti ait, cum non probatum sit certa lege ad matrimonium inuitari.* Ita confirmat CAVVS in l. 63. §. 1. eod. addita hac limitatione: *modo honeste personæ designatae puella nubere possit, ne impedimentum nuptiis per indirectum iniectum videatur.* Equidem varias adfert ratiunculas SANCHEZ cit. l. nec tantum ad cit. l. 97. prouocat, sed etiam hoc vtitur ratiocinio: si conditio viduitatem inducens repellitur a legato, etiam idem dicendum de illa, qua prohibet matrimonium, qualis est, ut legatarius teneatur certum inire matrimonium, quia præter illas nuptias matrimonium inire nequit. Fallacem hanc esse philosophiam, docent textus adiuncti ex l. 71. & 63. cit. & quis, quæso, sanæ mentis affereret, intendisse hoc casu testatorem ut legatarium ab omni matrimonio auocaret, quem ad certum matrimonium inuitare voluit? Quæcum ita sint, facile iudicium ferri potest de conclusionibus & limi-

*limitationibus illis, quas thesi sua reprobatae subiecit SAN-*  
*chez, que ita comparatae sunt, ut magis doctrinam ab*  
*ipso propositam destruant, quam demonstrent. Evidem*  
*de iure canonico ad minimum tales conditiones reprobari,*  
*que impediunt matrimonium vel restringunt, censet ME-*  
*NOCH. cit. l. n. 6. maxime si agitur de ammissione magni lu-*  
*cri. ROCCA cit. l. n. 131. Ego vero ius canonicum in alia*  
*omnia iussisse credo, in primis in c. 3. X. de condit. appos. vbi*  
*haec conditio haud reprobatur: ego te in uxorem accipiam,*  
*sit tantum mihi denaueris, maxime cum haec conditio ab il-*  
*la, quam CELVS ponit, quodammodo, differat; in hac*  
*enim donatio ante implenda, & post demum matrimo-*  
*nium contrahendum est, & sic donatio non incidit in tem-*  
*pus matrimonij iam contratti; ast in conditione a CELSO*  
*allata matrimonium consummandum & tunc demum do-*  
*natio perficienda, id quod contra leges esse videbatur, nisi*  
*probabilis aliqua ratio adferri olim potuerit.*

§. XXV. Denique ne parentes vim metumque liberis *Sequestrum*  
*inferre queant, (IX) in iure canonico optime prouisum *puellarum**  
*est, quod imminentे coactionis illicite metu, puellæ se-*contra vim**  
*questrari debeant iuxta cap. 14. X. de sponsal. quo circa man-*  
*damus, quatenus puellam, de cuius matrimonio *questio venti-**  
*latur, in domo, in qua nihil eam timere oporteat, facias ho-*  
*neste teneri, donec prædicta causa terminata fuerit, & senten-*  
*tia sine contradictione cuiuscunque valeat exsecutioni manda-*  
*ri. Huic sequestrationi locus est. I. si citra instantiam causam*  
*denegare parentes consensum videntur, & verendum est,*  
*ne filia minis verberibusque, vt fidem fortasse datam de-*  
*tractet, dissensumque declareret, adigatur Dn. coccei de se-*  
*fr. femin. c. II. §. 4. Ceterum vix sequestrationi locus re-*  
*linquendus, si puella clam parentibus sponsalia contraxit,*  
*& vbi dissensum parentum ex post facto animaduertit, a iu-*  
*dice petiit ut de potestate parentum eam diripiatur, & in*  
*honesta domo collocet, quod tamen iudici omnino in-*  
*cumbe credit PANORMITANVS ad c. 14. cit. Casus ele-*

gans de huiusmodi clandestinis sponsalibus adductus est in  
vnu mod. Strykiano ad tit. de sponsal. §. 26. vbi quæst. VI. de se-  
questratione pueræ formata erat, quam tamen denegandam  
censuit ill. Facult. iurid. huius loci ex hac ratione: quod  
haec tunc demum obtineat, si pater adigi possit ad iustas  
dissentiendo causas edendas, ad quod tamen in adducto ca-  
su vel ideo pater adstringi non poterat, quod vel solus ne-  
glectus consensus paterni causam iustum dissentiendo præ-  
puerit, vel ex eo colligendas, si liberi clandestina sponsalia  
inierunt M.E.V. ad ius lubec. lib. 1. tit. 4. art. 2. n. 7. seqq.  
CARPZ. lib. II. iurispr. consil. def. 30. n. 5. 2) Quando paren-  
tes minis filiam inducere volunt ad contrahendum vel non  
contrahendum matrimonium DN COCCET. cit. l. §. 5. de  
quo ex coniecturis & circumstantiis iudicatum. 3) Ali-  
quando etiam locus ei est, si de adulterio vel foedere ma-  
trimonii disputatur, & suspicio grauis adest, ne libere foe-  
mina se defendere possit: Ita censuit NICOLAVS in c. 4.  
C. 32. qu. 2. sive de coniugii foedere sive de adulteri crimine  
iudicium agitandum sit, nulla ratio patitur Thietbergam cum  
Lothario posse inire confictum vel levissimum controuersie su-  
bire certamen: nisi prius ad tempus fuerit redditia sive po-  
testati & consanguineis propriis libere sociata. Quaque etiam  
locus prouidendus est, in quo nulla si vis multitudinis for-  
midanda & non difficile testes producere &c.

*Metus debet  
esse insitus,*

§. XXVI. Non omnis tamen metus vitiat connubia;  
iustus duntaxat seu probatus hunc effectum habet, qualis  
dicitur, qui in constantem masculum vel foeminam eadit.  
Non omnium una eademque est constantia animi; qui-  
dam facilius, quidam difficilius terrentur proratione sexus,  
etiam, valetudinis aliarumque circumstantiarum, prout ple-  
nius Dd. docent ad T. D. quod met. caus. l. 5. 6. 7. quod met.  
caus. conf. WIESTNER ad tit. X. de sponsal. n. 221. seqq.  
Idem repetit ius canonicum. In c. 6. X. de sponsal. dicitur  
inter vim & vim esse differentiam statuendam. In c. 15. X. eod.  
sponsalia illa dicuntur inqualida, ad quæ quis metu coactus  
qui

qui posset in virum constantem cadere. In c. 28. X. eod. respon-  
dit Pontifex: de illato metu est cum diligentia inquirendum.  
& si talis metus inueniatur illatus, qui potuit cadere in con-  
stantem virum. Conf. TORRE de pact. fut. succes. lib. II. c.  
27. n. 13. LVCA de matrimon. disp. 4. & 6. De metu reueren-  
tiali (subnascitur dubium, an ad annullanda sponsalia suf-  
ficiat? Talis dicitur, quando quis solius reuerentiae intuitu,  
ob quam superiori resistere nequit, consentit. TORRE cit.  
l. n. 13. qualis potissimum nascitur ex precibus magnatum,  
ex principum parentumque imperio &c. Qui hunc suffi-  
cere volunt, se fundant in l. i. §. 6. D. quar. rerum act. non  
dat. vbi libertus liberatur a promissione, si quido appare-  
at, eum metu solo vel nimia patrono reuerentia ita se subie-  
cisse. In l. pen. D. defut. itidem verecundia magna probatur.  
Enim vero sicuti vterque textus nimiam reuerentiam sup-  
ponit, & Prætor statuit, se, causa cognita, desuper consti-  
tuturum esse, ita ex circumstantiis de hoc metu iudican-  
dum est. c. ii. X. de sponsal. impub. Si deest graue imperium,  
si defunt minæ, qua puellam possent mouere, vt inuita  
consentiret, si patertantum persuaderet, adhortaturque fili-  
am, & hæc patri contradicere audet ob reuerentiam,  
sponsalia valent. TUESAVR. qu. for. lib. I. qu. 51, n. 4.  
TORRE cit. l. n. 24. SANCHETZ. lib. 4. Disp. 6. Vnde si prin-  
ceps ipse est proxenata, vcl vt vulgo dici solet, er thut  
die Anwerbung, & puella ex ratione reuerentiae consentit,  
alias non consensura, si sui esset arbitrii, a sponsalibus,  
principe forsitan mortuo, & mutato ita rerum statu; resilire  
nequit. Si tamen imperium grauius, si minæ, si aliorum  
malorum terror simul esset injectus, de quo ex circumstan-  
tiis iudicandum, tunc puellam facilius absolui posse puta-  
rem, præsertim si sponsus ideo principe proxenetam e-  
legit, vt huius terrore virginem induceret, ad consensum  
in sponsalia edendum: nam, vt supra dictum, ob metum  
potentatus, ob varias concussions non subsistunt sponsalia.  
BRUCKNER, in decis. matrim. c. 21. n. 22. Illud vero pro-  
fus

fus probari nequit, quod quidam tradunt, licet actus metu reuerentiali initus de iure ciuili subsistat, ab obligatione tamen concedi liberationem per implorationem officii iudicis. Pontifici hac vtuntur cautela, vt ad forum ecclesiasticum, vbi illud imploratur, hanc trahant causam, & promittentem sub specie peccati evitandi absoluant, adeoque officium iudicis ecclesiastici implorant, non secularis, vt ostendit Dn. PRAESES in iur. Eccles. protest. tit. de offic. iudicis §. 8. Similiter (II) de persuasionibus nimis immodicisque queritur, an coactionem illicitam contineant, & sponsalia vitient? immodicam persuasionem, sollicitationem & instigationem extorsioni æquiparari, ita vt per talem importunam sollicitationem obtenta, & per metum extorta, ad paria iudicentur, sicuti interpres apud HARPRECHT vol. nou. cons. 44. n. 340. GONZALEZ ad c. 15. X. de sponsal. n. L. B. de LYNCKER resp. 156. n. 30. Magnum & potentiorum persuasions operantur metum reuerentialem, adeoque de his illud dicendum est, quod §. antec. iam est dictum, & de hoc casu plerique loquuntur, qui iussum inde metum & coactionem trahunt. Neque enim his precibus & sollicitationibus facile resisti potest, & plerumque, qui hæc ad sponsalia concilianda eligit, id ideo facit, vt reluctantem cogat, inuitamque metu maioris mali evitandi inducat. Ast si potentatus hic deest, & concussionis ratio cessat, persuasions celeberrimæ, quæ per proxenatas fieri solent, haud vitiant sponsalia, vt pote quæ plerumque huic negotio adsunt.

*Quid si quis causam coactioni dederit.* §. XXVII. Porro necesse est, vt causam coactioni vim passus haud dederit. Id tamen in dubium vocat COVAR. RVV. c. II. de maritim. §. 5. n. 7. obl. 7. §. 1. quod met. caus. Quæritur in cir. l. vrrum is, qui in adulterio deprehensus aliquid promisit, ne occidereatur, obligetur? Causam hic facinore suo coactioni dederat, & tamen ICtus ait, eum restituendam esse, timuit enim vel mortem vel vincula. Verum verba subsequentia: quamquam non omnem adulterum liceat

An persuasio-  
nes illicitam  
coactionem  
habeant.

occidere, ostendunt, ICtum de eo casu sollicitum fuisse, quo adulterum occidere non licuit: si ergo *iure externo* licet, promissio subsistere videtur. Quid ergo si iuuenis, amore pueræ captus, ædes eius quotidie frequenter, si admonitus non desistit, si tandem in ipso concubitu cum puella repertus coactus est fidem dare puellæ de matrimonio contrahendo, an huic exceptio metus prodesse poterit? (affirmat id ipsum CORVINVS in *iure canonico lib. II. tit. 13. §. 21.* per c. 13. X. de *sponsal.*) Verum recte obseruat Dn. PRAFSES in *not. ad cit. I. Coruini*, in adducto textu nullam culpam, quæ cognitioni causam dederit, deprehendi, quia parentes *simpliciter* filiam coegisse dicuntur, ignorantes, illam iam alteri fidem dedisse. Talis tamen culpa requiritur, ex qua facile præuidere potuit, coactionem sequi posse, cum ei, qui in re illicita veretur, omnia imputentur, quæ exinde sequuntur; si talis culpa deest, adhuc iustus metus allegari potest. c. 15. X. de *sponsal.*

§. XXVIII. Ante omnia vero necesse est, ut coactio durauerit, nec, qui coactus est, subsequente forsan consensu *Subsistens* *sponsalia, se* *metus fuerit* *purgatus.* liberò, metum antea incussum purgauerit. Inde Pontifex in c. 6. X. de *sponsal.* quæsitus de muliere, quæ inuitata tradita marito erat, respondit, se nihil certi respondere posse, cum non expressum erat, *vixum possea consensu intercesserit?* Certe si matrimonium iam consummatum est, difficilius metus allegari potest, quod *subsequens coabitatio* vitia præcedentia purgasse videatur. Aut enim quæstio est de *maritu*, per vim ad matrimonium coacto, aut de *uxore*. Sive illo, aut uxorem carnaliter cognouit, aut non, priori casu metum amplius allegare nequit, cum hac cohabitatione in matrimonium consenserit, & vix sit, ut possit opponere, se inuitum coactum fuisse ad cohabitationem; c. 2. X. eo, qui dux. in *marim.* si non cognouir, adhuc metus & coactionis allegatio integra est, si aliunde indicia purgati metus haud adsunt. Si de *uxore*, quæ ob

ob vitium coactionis a matrimonio recedere cogitat, quaestio mouetur, an hæc facilius cogi potuit, ut coniunctionem corporum admitteret, adeoque accurato iudicio omnes subsequentes circumstantie attendendæ sunt. Si ad valvas ecclesiæ venientes reclamauerint, afferentes, se nunquam consensisse in matrimonium; si, benedictione accepta, mox a sponsis aufugiunt ante copulam carnis fecutam, adserentes, se nunquam consensisse, audienda sunt, & de ilato metu est cum diligentia inquirendum. c. 23. X. de sponsal. E contrario, si, cum potuit, non reclamauit, sed carnalem copulam admisit, ratihabuisse matrimonium censetur. c. 4. X. qui marim. accus. poss. Si minis & coactione parentum durante, etiam cohabitationem admittere debuit, dissensus reuera durat, nec hæc cohabitatio coacta purgat præcedens vitium. Edita fuit ante biennium acta dicta per ex- curiosa in punto nullitatis matrimonii a PETRO ELIA TRAVT- exemplum nota- MAN, vbi, licet proles ex hoc matrimonio esset edita, nihilominus tamen sententia nullitatis secuta fuit. Coacta erat Tullia ad matrimonium ineundum cum Tullio, coram altari non reclamauerat, interim per aliquod temporis spatum nullo modo ad cohabitationem coniugalem adduci potuit, donec tandem coacta maritum admittere debuerit, ex quo grauida facta partum ediderat. Verum sicut tales coactiones difficiles & tristes solent habere exitus, ita animorum auersio tanta fuit, vt mox ad separationem quo-

*Misfrantur  
dicta per ex-  
emplum nota-  
tum.*

ad thorum & mensam egerit Tullia. Verum, quod notandum est, reconciliatio primum inter partes tentata & impetrata, vt p. 4. ex protocollo notatum est his verbis: Hierauf haben sich parties vertragen nachdem Tullius vorher, stipulata manu, angelobet, sich gegen seine Schwieger-Eltern und Frau gebuethlich zu verhalten. Post aliquot hebdomadas repetit Tullia implorationem pro obtainenda separatione, que etiam decreta est certo modo. Per octo annos hæc separatio durauerat, quibus exactis, maritus desiderabat, ut vxor Tullia ad se rediret. Reclamabat Tullia, nulloque mo-

modo ad hoc duci potuit, licet tentata esset reconcilia-  
tio, quæ ansam dedit, ut originem auersionis animorum  
ex prima coactione petendam esse, deprehenderetur. Con-  
trouersiæ ergo status mox aliter formatus, & *ad nullitatem*  
*matrimonii* prouocatum. Pronunciarunt Icti Marpurgenses  
matrimonium ex capite *violentiae* non esse annullandum, &  
in primis reconciliationem, coram Consistorio factam,  
vrsurunt, modurch, aiunt, wenn ja einige vis merusque da-  
gewesen, solche ex post facto allerdings purgiret wäre, und par-  
tes de nouo contentire hätten. Vterque leuterationem  
interposuit, & tandem, probatione nouiter recepta decre-  
tum fuit a Ictis Helmstadiensibus, daß die Ehe zwischen Im-  
ploranten und Imploraten für null und nichtig zu erklären.  
Reuera dicere posses, haec acta esse *euriosa*, quia multa *irre-  
gularia* continent. Nam p. 13. adfertur imploratio TULLI,  
qua egit ad nullitatem matrimonii, ex eo potissimum funda-  
mento, quod Tullia, vxor sua, ad matrimonium coacta fu-  
erit, & sic de *iure terræ* disputauit. Sane matrimonium me-  
tu initum est quidem nullum, sed tantum *respective*, intui-  
tu vxoris, quæ vim passa est, non intuitu mariti. Tullia  
postea idem vrsit, & hac de causa inter volentes & quasi  
conspirantes sententia Marpurgensis lata. Vterque leuterationem  
interposuit. Tullius ubique magis hanc nullita-  
tem vrsit, quam Tullia, & sic pendente leuteratione, po-  
sitiones cum iuramento dandorum obtulit, quibus respon-  
deret Tullia, simulque articulos probatoriales, cum su-  
per *coactione*, cum super *durations coactionis* exhibuit, vt  
crederes, Tullium non vxoris aduersarium, sed *procura-  
torem* vel magis *afflentem* fuisse, vnde etiam vxor profes-  
sa est, se yteriori probatione supersedere posse, postquam  
maritus eam suscepisset. Ita conspirarant in lite, qui dis-  
senserant in matrimonio, mira rerum facie. Denique,  
non obstante reconciliatione coram iudicio facta, & hoc  
modo purgato metu, matrimonium declaratum fuit nul-  
lum: *improbabile enim videbatur*, quod p. 81. adduxit, daß

sie die schwere Bedrohung in Consistorio und desfalls darauf wärtende Gerichts-Knechte zu dem in actis befindl. Vergleiche gezwungen habe; neque enim a iudice talis, quæ allegatur, coactio metuenda est. Ita ius in thesi certum; ast ubi ad applicationem ventum, plures occurunt scopuli.

*Quatenus dia  
rina cobabita-  
tio purget me-  
tum præce-  
dente.*

§. XXIX. Similis fere casus, qui parum ab eo, quem attuli, differt, occurrit in c. 21. X. de sponsal. de femina con querente, quod *invita & reniens* marito suo esset tradita. Respondit Pontifex: *Quia postmodum per annum & dimidium sibi coabitari consensisse videtur, ad ipsum cogenda est redire, nec de cetero recipiendi sunt iestes, si quos memorata mulier ad probandum, quod non consenserit in eundem, nominauerit producendos, cum mora tanti temporis huiusmodi probationem excludat.* Cohabitatione per annum & dimidium, quæ hic refertur, magnum indicium præbet ratihabitionis & metus purgari, non tamen præcise tam longum tempus desideratur, sed vel brevius aliquando sufficere potest. Requirunt tamen SANCHEZ lib. IV. de matrim. disp. 18. n. 4. seqq. GONZALEZ. ad c. 21. X. de sponsal. n. 4. I) vt ratificans matrimonium sciat, illud metu contractum nullum fuisse: qui ex errore coabitat, nunquam prius matrimonium ratificat, cum errans non consentiat. Et haec forsitan ratio fuit primaria, quæ mouit ICtos Helmstadien ses in casu §. antec. adducto, vt reconciliationis factæ rationem habendam non esse, crederent, quia Tullia, ut circumstantiae docent, ex simplicitate credidit, matrimonium fuisse validum, (II.) vt coabitatio spontanea sit; si coactio in ipsa cohabitatione durat, vitium nullitatis quoque durat. (III) vt copula accesserit carnalis. Durante causa metus, durat ipse metus; durat autem timoris causa, dum durat subiectum, metum incutiens.

*Coactio ad  
matrimonium  
ineundum de-  
bet esse dire-  
cta.*

§. XXX. Denique coactio quoque illa demum sponsalia vitiat, quæ præcise ad matrimonium ineundem facta est, non alio fine, vt recte obseruat B. STRYK in nor. ad Brunnem, ius eccl. lib. II. c. 16. §. 3. verb. licet minor si me-  
813

tus. Adfert exemplum, si inimicus mortem alicui minatus est, ille vero ad placandam inimici iram sconsalia cum forore ipsius ineat, quo a mortis periculo se liberet, is vim metumque allegare nequit. Rationem satis idoneam adfert GONZALETZ ad c. 15. X. de sponsal. n. 4. quod tunc non compellatur ab alio ad matrimonium contrahendum, sed voluntarie id contrahens eligat ut medium ad grauius periculum effugiendum. Exempla vero, quæ subiungit, non satis idonea sunt. Ait, matrimonium celebratum ab ægropato cum filia medici, ei alter incederit nolentis, vel cum filia iudicis a quo promittitur absolutio a poena mortis; si cum eius filia contrahat, validum esse. At vero hic manifesta adeo concusso, & tales contractus, cum medicovel iudice initi, merito reprobantur conf. B. STRYK de caut. contr. sect. II. c. 8. §. 5. maxime cum iudice, vtpote incuius potestate non est poenas pro lubitu remittendi.

§. XXXI Metus & coactio illicita in facto consi- Metus quo-  
stunt, & sic probatione indigent, & quidem specifica. LA- modo proba-  
TRO conf. 152. n. 53. Probatur sine dubio per testes, qui in- tur.  
terfuere desponsationi, qui, si sibi contradicant, ab utra-  
que parte producunt, iudex ex circumstantiis colligit, quibus magis fidendum, de quo plenius edisserit DN. PRESSES.  
diff. de collis. probat. c. 1. conf. COVARVV c. 11. de ma-  
trim. §. 9. 11. 13. Multam vtique probatio accipit accessionem ex protestatione & reclamacione L. B. de LYNCKER  
resp. 187. n. 14. PACIANVS in alleg. civil. & canon. alleg. 107.  
n. 15. COVARVV. cit. l. n. 12. Item si probatum fuit, pu-  
ellam admodum dissensisse, & alienationis visa fuisse P A-  
CIANVS cit. l. n. 13. si saepe lacrymans visa fuit, IDEM cit.  
l. n. 14. cum etiam coniuncturae hic admittantur ad sup-  
plendam probationem. GRAMM. decif. 101. n. 56. PACIAN.  
n. 6. Dico ad supplendam probationem: non enim acceden-  
dum esse sententia PACIANI arbitror, qui solas coniectu-  
ras & praesumptiones sufficere ait, maximes de matrimo-

nio annullando agitur. Cons. de hac materia ANSALD.  
conf. 128. TORRE de paci. fut. success. lib. 2. c. 27. n. 54. & c. 28.  
n. 8. IDEM decis. 223. n. 15.

CAP. II.  
DE  
COACTIONE LICITA.

S. I.

*Sponsalia  
producunt  
obligationem  
præcisam.*

**S**PONSALIA, vbi legitimo contrafacta sunt modo, sine dubio obligationem ad ea consummanda producunt, & quidem ex natura & ratione pactorum communi, si modo iuste ab iis resiliendi causa nullæ interuenient, de quibus late egerunt B. STRYK. de diff. sponsalit. NICOLAI de repud. aliique, quas hic excutere non vacat, ne nimis a scopo meo abire videar. Suppono ergo (1) sponsalia esse valida, nulloque laborare vitio, (2) nullam iustum superuenire causam, ob quam repudio secundum leges locus esse possit, quibus suppositis, obligatio ad fidem datam seruandam omnino adest. Evidem obligatio sponsalitia in faciendo consistit, a qua alias ex vulgata Doctorum sententia recedere licet, præstatione eius, quod interest. Qui hanc hæresis defendunt, supponunt, *obligationem faciendi esse alternatiuam*, & sic arbitrio debitoris electionem esse simpliciter relinquendam, vtrum factum, an interesse præstare malit, consequenter debitorem per sententiam iudicis cogi non posse ad factum præstandum, FRANZ ad tit. de P. V. n. 63. Verum confundunt Dd. *obligationem alternatiuam cum subsidiaria:* in illa vtrumque æque principaliter, secundum electionem debitoris, debetur; in hac id, quod promissum, principaliter et præcise debetur, interesse autem demum in *subsidiaria*, si res promissa præstari nequeat; vel debitor extreme contumax sit, vt nullo modo cogi possit, ad fidem datam seruandam. Qui pro-

mit-

mittit factum, se ad faciendum obligat, non *interesse* promittit; aliud pro alio invito debitori obrudi nequit. Vnde in sponsalibus idem obtinere, ex hac *regula*, liquet, quamvis hic Romani ex aliis causis remissiores fuerint, & repudia concesserint, cum etiam diuortiis promiscuis locum dederint. *I. C. de sponsal.*

*§. II. Quando ergo sponsus vel sponsa sponsalia consummare detrectant, iuste index refractarium cogit, ad fidem datam seruandam, quæ coactio cum secundum leges canonico locus fiat, nullum vitium habet. An de iure canonico talu coa-*  
*dio quoque obtineat, in dubium vocari solet. Ait CARP-*  
*ZOV. lib. 2. iuri pr. consit. def. 133. n. 1. Nimirum indulgent canonice personis desponsatis, coniugium consummare reluctantibus, quas nulla sanctio compellendas dicunt, quia & ad evitandum maius malum tolerandam potius fidei date violationem, quam matrimonium concedendum existimani. Fundamentum huius assertionis petit ex c. 17. X. de sponsal. huius tenoris: Requisuit a nobis tua fraternitas, qua censura compelli debeat mulier, quæ iurariandi religione neglectu nubere renuit, cui se nupturam interposito iuramento firmavit. Ad quæ tibi breuiter duximus respondendum, quod mulier, quæ se nupturam iurauit, cum libera debeant esse de iure matrimonia, monenda est potius, quam cogenda, maxime cum coactiones difficiles solent exitus habere frequentes.*

*§. III. Verum hic textus non vnicce considerandus erat, qui non adeo perspicuum est, & eommmodam interpretationem recipit. Certe ALEXANDER III. in c. 10. X. de sponsal. longe aliter philosophatur in simili casu, quo iurata sponsalia erant contracta. Integrant decisionem repetam ex editione GONZALEZII, huius tenoris: Quia igitur predictio G. periculose est, contra iuramentum suum venire &c. mandamus, quatenus cum exinde fueris requisitus, veramque partem ad tuam conuoces presentiam, & rationibus hinc inde plenus audiis, & cognitis, si tibi constitueris, quod prefatus G. praesatio iuramento firmasset, quod siliam me-*

memorati B. duceret in uxorem, cum moneas, & auctoritate nostra distincte compellat, ut ipsam, nisi rationabilis causa extiterit, in uxorem recipiat, & maritali affectione pertrahet; si vero rationabilem causam pretendere noluerit, eam cum omni diligentia & studio audias, & sine canonico, omni appell. cess. decidas. Ceterum si legitime monitus, iudicio tuo parere contemserit, eum & patrem, si fouere ipsum in sua matraria presumserit, excommunicationis vinculo adstringas, &c. Grauior coactio vix fingi potest, quam qua mediante excommunicatione peragitur. Imo nequidem in hoc subsistit Pontifex, sed Pictauensi Episcopo iniungit, ut in tota terra ipsorum omnia diuina, praeter baptismum parvulorum & penitentias morientium officia celebrari prohibeat. Erant duo nobiles viri, qui liberos suos hoc modo despousauerant, adeoque hanc coactionem adiungendam esse censuit. Eiusdem fuit sententiae INNOCENTIVS III. in c. 22. X. de sponsal. aiens: *Quod si forte per verba de futuro sponsalia cum viraque contraxi, iuramentum primum sicut licite factum est, ipsum seruare compellas, de secundo penitentiam iniuncturus.* Et hanc sententiam quoque defendant interpres iuris canonici, ut SANCHETZ de matrim. lib. I. disp. 28. n. 4. GONZALEZ ad c. 2. X. de sponsal. n. 6. seqq. BARBOSA ad c. cit. X. n. 5. WIESTNER ad tit. de sponsal. n. 60. & plures alii ab his allegati, ut minus recte canonistis contrariam sententiam tribuerit.

*Responetur dubium ex c. 17. cit. moto, satisfaciant, varias adferre solent conciliaciones.* SANCHETZ 17. X. de sponsal. lib. I. de matrim. disp. 29. n. 4. tunc demum refractorium non esse cogendum ait, si iusta causa obstat, & de hoc casu Pontificem in cit. c. 17. intelligendum esse, cuius circumstantiae tamen nullam facit mentionem. Addit etiam nouam dubii solutionem & verba: *monenda est potius, intelligenda vult iuxta c. 10. cit.* ut sensus sit, *monenda est prius.* Id vero non admittit ratio subiecta, *cum libera debent esse matrimonia, nec tota verborum structura, quamvis ple-*

plerique interpretes, vt BARBOSA, GONZALEZ, WIESTNER, aliquae illam sequantur. Meo iudicio distinguendum esse videtur inter *coactionem absolutam & secundum quid talem*. Illa est, quando sponsa refractaria adeo absolute compellitur, vt, si vel maxime coram altari reclamet, negeturque se sponsum in maritum accepturum esse, nihilominus tamen benedictio sacerdotalis peragatur. Hæc vero dicenda, quando quidem adhibentur remedia coactiva, quibus refractaria induci potest, vt in copulam sacerdotalem consentiat, obtorto collo tamen ad altare non raptur, nec benedictio sacerdotalis cum *reclamante* peragitur. Illam omnino excludere Pontificem, certum est, quod iudicant rationes, *cum libera debeat esse matrimonia, item; cum coactiones difficiles soleant habere exitus frequenter*. Hanc non item exclusisse videtur, nec verba: *monenda est potius quam cogenda*, captanda, aut de *admonitionibus simplicibus intelligenda* sunt. Potissimum de modo cogendi quæstio fuit mota. Interrogatus erat Pontifex: *qua censura compelli & cogi possit mulier refractaria?* non vero definite: *an compelli & cogi possit mulier?* illam quæstionem definit Pontifex, non hanc. Non putauit contra refractariam, per viam excommunicationis esse agendum, quæ quodammodo ad *absolutam coactionem* inclinare videtur, & hoc intuitu dicit, eam monendam esse potius, quam per *censuram cogendam*. Coactio ergo per *carcerem* non excluditur. Equidem ALEXANDER III. etiam *excommunicationis remedium* indulxit, & in hoc quidem potissimum diffensus fuisse videtur, quod facile admitti potest, dum quidam Pontifices liberaliores, quidam cautiiores in exercitio huius fulminis fuisse leguntur. Breuiter quoad ipsam *coactionem* haud inter se disenserunt Pontifices, quod sufficit, sed tantum quoad *modum cogendi, & excommunicationem infligendi*, de cuius exercitio etiam in aliis materiis sibi non conueniunt.

*Coactio secundum quid approbatur etiam in nostris consistoriis.*

§. V. Atque sicuti hæc posterior sententia omnino iuri canonico conuenit, ita quoque merito in consistoriis nostris approbanda est, de quo fere nemo dubitat, dum plerique iudici ecclesiastico plus indulgent. B. STRYK. de diss. I. p. 4. seqq. MEV. P. III. decis. 382. CARPZ. cit. I. L. B. de LYNCKER. resp. 78. n. 4. BRUCKNER in decis. matrim. c. I. n. 7. seqq. & c. 21. n. 15. seqq. BROWER. de iur. connub. lib. I. c. 24. §. 20. 23. Vnde ut plurimum addi solet sententia condemnatoriæ hæc clausula: und wird Befl. zu Vollziehung der Ehe durch gebührende Zwangs-Mittel nicht unbillig angehalten. Ipsa remedia coactiva sunt arbitraria, primario tamen decerni solet *incarceratio*, qua contumacia reluctantis frangitur CARPZ. lib. 2. I. C. def. 133. n. 8. & P. 4. c. 20. def. 10. BRUCKNER c. I. Ita censuit Facultas Iurid. Lips. apud FINCKELTH. obs. 42. So seyd Ihr wohl besugt, die ordentliche weltliche Obrigkeit hierinnen zu ersuchen, daß mehr erwehnte M. K. zur gefänglichen Hasset gebracht, darinnen 10. Tage lang mit Wasser und Brodt gespeist, und daneben ernstlich bedrauet werde, woferne sie noch mahls auf ihrer Halsstarrigkeit und Ungehorsam verharren, und binnen gewisser von euch nahmhasset gemachter Zeit die Ehe mit Klägern nicht vollziehen würde, daß sie durch noch härtere Gefängniß dazu angehalten und des Landes ewig verwiesen werden solle. Addit CARPZ. cit. def. 133. n. 10. etiam *pœna pecuniaria* contumaces compelli posse, quæ ita applicanda, ut certus eis præfigatur terminus, intra quem sub pœna determinata fatisfacere cogantur, quo non facto, illa stricte exigenda, & rursus exasperanda. Pœnam *relegationis* etiam approbat CARPZ. cit. I. def. 134 ob singularem contemnum magistratus imperii. Excommunicatio, quam ius canonicum & approbat & reprobat, contumaci non facile decernenda, quæ in primitiua ecclesia ob grauiora criminum inficta, & in nostris ecclesiis præterea non adeo visitata est.

*Coactio abso-luta adhiberi nequit.*

§. VI. Ab *absoluta* tamen coactione merito abstinen-dum

dum est iudici, quod praecauent rationes a Pontifice in  
c. 17. X. de sponsal. adductæ. Qui inuitos & relutantes ad  
altare obtorto collo trahendos, & reclamantes copulan-  
dos esse, sentiunt, vt plurimum iis vtuntur rationibus,  
quae ex male intellecto iure canonico deducta sunt.  
Sponsalia de praesenti in sensu iuris canonici sunt ipsum  
matrimonium, & vinculum indissolubile continent, quæ  
præcise obligant, vt copula sacerdotali sint perficienda &  
nullo modo ab iis recedere liceat. Non aliter enim con-  
trahuntur, quam per declarationem consensus coniugalis, seu  
per verba de praesenti matrimonio, & quia talis consensus  
facit matrimonium, inde quoque vinculi indissolubilis  
nexus oritur, vt plenius explicit in DN. PRAES. in diff. de  
incongrua applicas. distinct. sponsal. ad foras Protestant. Hi  
vero laquei nostris ignorantur toris: nunquam sponsalia  
ita ineuntur, de futuro matrimonio consensus interuenit,  
non de praesenti, siue pure, siue sub conditione contrahan-  
tur, & quamvis eadem vtatur distinctione, prorsus di-  
uersas tamen eisdem attribuimus definitiones, nec nostra  
sponsalia pura recte matrimonium dicere possumus. Pro-  
inde si sposa prorsus refractaria est, vt nullo modo ad-  
duci possit ad matrimonium consummandum, dissoluenda  
potius sponsalia, & refractaria condemnanda 1) in expen-  
sas, 2) ad interesse parti praestandum, 3) in poenam pe-  
cuniariam zu milden Sachen, vt loquuntur, 4) sepe etiam  
penitentia ecclesiastica ei decernitur, B. STRYK cit. l. §. 49.  
Poena coelibatus etiam ad certum tempus decerni solet,  
sed non adeo commode, vt ostendit excell. DN. L V D O-  
V I C I diff. de poena coelib. Grauior animaduersio constitu-  
ta est in renou. ordin. Guelpherbyt. P. I. p. 107. vbi ita: Wann  
einer oder ander solches sich gelüsten lassen wolte, soll der oder  
Dieselbe gleich einem malitioso detentore oder desertrice ge-  
halten, und so wohl seinen Gegenthalt in dasjenige, was dem  
selben der Ehe-Bereitung und gemeinen Rechten noch gebühret,  
als uns und unsern Gerichten in schweire willkürliche Straffe

verfallen seyn, anderweite Verlobung und Verehligung auch denselben absque plenissima cause cognitione und ohne höchst erheblichen Ursachen nicht verstattet werden.

*An absolute  
coactus obli-  
getur ex copu-  
la sacerdotali.*

§. VII. Quodsi tamen nihilominus iudex ad *absolu-*  
*lutam compulsionem accesserit, & reclamantes in consisto-*  
*rio vel ad altare obtorto collo tractos copulandos esse de-*  
*cruit, iniusta talis coactio censenda, nec matrimonium est*  
*contractum, ita M. Aug. 1713. Facult. Theologicæ & Iurid.*  
*huius loci casus notabilis propositus fuit, quo refractorius*  
*per violentiam extremam copulae sacerdotali subiectus fue-*  
*rat, qui cum mulieri cohabitare nollet, ex capite *desertio-**  
**nis accusabatur. Non vna collegiorum, quorum senten-**  
**tia exquirebatur, erat opinio, tandem actis ad utram-**  
**que Facultatem huius loci transmissis, haec ferebatur sen-**  
**tentia:**

**N**Es dieselbe uns sämtlich in Sachen M. an einen M. andern Theils ergangene Acta, &c. auf vorher geistigene Communication mit der hiesigen löblchen Theologischen Facultät und deren Genehmigung für Recht: Nunmehr daraus so viel zu befinden, daß zwar M. gestaltten Sachen nach zu Vollenziehung des mit M. vorhin getroffenen Ehe-Verlöbnisses durch scharfe Zwangs-Mittel ferner nicht anzuhalten, es ist aber der selbe befragter N. einen Abtrag von so. Rthl. zugeben, auch die auf diesen process verwandte Unkosten, auf vorhergehende liquidation abzustatten schuldig, und wird er darüber seiner Widerschicklichkeit und ungebührlichen Bezeugens halber um 30. Thlr. als eine. Geld-Busse in Straffe genommen, der M. hingegen sich anderwerts zu verehlichen verstattet. In übrigen ist N. auch wegen des gegebenen öffentlichen Abergernishes öffentliche Busse zu thun pflichtig, sodann aber und wann dieses geschehen, wird er zu dem Gebrauch des H. Abendmaahls billig wiederum zugelassen. V. R. W.

Rat. Dec. Obwohl II) es an dem ist, daß N. nachdem er zu verschiedenen mahlten in dem geistlichen Untergericht ohne Zwang

Zwang sich erklärt, M zu heyrathen, allerdings verbunden gewesen, solch sein Ehe-Versprechen Christlichen Gebrauch nach zu vollziehen, zumahl er 2) sein Vorgeben vornehmlich, daß die M. eine veröffnete Weibes-Person sey, in actis mit nichts erweisen können, daher es 3) nicht unrecht gewesen, daß die Trauung in geistlichen Untergericht durch ein Fürstlich Rescript veranlaßet worden, solche Trauung auch 4) würcklich geschehen, und also dem Ansehen nach bereits ein matrimonium consummatum verhanden ist, indem zwar N. bey dem angegebenen actu copulationis sein Ja-Wort nicht von sich geben wollen, sondern sich vielmehr auf den Bauch zur Erden geleget, und seinen Widerwillen becharlich contestiret, inzwischen aber doch 5) das geistliche Untergericht mit der copulation wohl fortfahren, und es den consensum sponsi suppliren können, dieweil besagtes Gericht die klare Vorschrift des Fürstlichen Rescripts vor sich gehabt, und es also deshalb von neuen Anfrage zu thun nicht schuldig gewesen, woraus 6) folget, daß, da andere Zwangs-Mittel nicht zureichen wollen, die Landes-Beweisung wider N. als einen malitiosum desertorem, gar wohl erkannt werden mögen, auch 7) darauf nicht zu sehen sey, daß die N. sich in actis erkläret, wann ihr nur anterweits zu heyrathen verstatte würde, und sie ihre Abfindung bekäme, in M. wegen Vollziehung der Ehe nicht ferner dringen wolle, angemerkt ausgemachten Rechtness sey, daß die eigenmächtige Ehe-Scheidung derer Ehegatten in keine Wege zu vertheidigen, selbige auch 8) eben so wenig wegen einer vorgeschüchter Feindschafft statt finden möge; Dennoch aber und dieweil 1) aus denen Acten zur Gnüge erhelet, daß bey N. eine gänzliche auersio animi gegen die M. vorhanden, indem er sich verchiedentlich erklärt, daß er lieber sterben, als das besagte Mensch zur Ehe nehmen wolle, von welchen einmahl gefassten Entschluß er auch 2) nicht gebracht werden mögen, ob man gleich bereits harre Zwangs-Mittel wider ihn gebraucht, und ihn zu zweyemahlen in das Gefängniß geworffen, worin ihm nichts, als Wasser und Brodt gereicht worden, 3) Auch allhier noch zur Zeit kein matrimonium consummatum

vorhanden ist sondern die Sache in terminis sponsalium jaletine beruhet, alldieweil N. bey dem vorgenommenen violento modo copulationis sacerdotalis sich auf die Erde niedergeleget und ausdrücklich auch so gar mit harten execrationibus declararet, daß er die M. zum Weibe nicht haben wolle, dahero dann der Archidiaconus A. laut seines attestati fol. 168. gar wohl gewertheilet, daß es sich nicht wohl schicken würde, mit der Trauung fortzufahren, welches er aber dennoch thun müssen, und also der actus keine verbindliche Krafft erlanget hat, wobey 4.) nicht hindert, daß gleichwohl das geistliche Unter-Gericht die klare Vorschrift des Fürstlichen Rescripts vor sich gehabt hat, alldieweil gar nicht zuvermuthen, das die Hoch-Fürstliche Herrschaft auf dergleichen Umstände, wie sich hernach bey dem angegebenen actu copulationis hervorgethan, vorher gedacht haben, oder Dencken können, dahero dann, wie bereits auch a Dnn. Theologis Lipsiensibus fol. 132. 5. gar wohl angeführt worden, der vor gehabte actus aufgeschoben, und die Umstände höhern Orts berichtet werden sollen, worauf ohne Zweifel andere Verordnung erfolget seyn würde, 5) aus dem iure canonico befant ist, quod, cum libera debeat esse matrimonia, despousati potius monendi, quam cogendi sint, cum coactiones difficiles soleant exitus frequenter habere c. 17. X. de sponsal. & matrim. welche disposition des juris canonici zwar improbitet CARPZ. iurispr. Eccles. l. 2. def. 133. n. 3. bald hernach aber d. l. 2. def. 135. n. 5. segg. selbst bekennet, quod copulatio in uitiorum res valde sit periculosa, & quod nunquam non metuendum, ne ex eiusmodi nuptiis orientur homicidia, adulteria, vel saltem lites ac contentiones infinitiae, vt non male forsitan dixeris, ad evitandum maius malum, tolerandam potius violationem date fidei, quam coactionem matrimonii, wobey er sich zum Beweissthüm dieses seines Saches auf das vorhin improbita c. 17. X. de sponsal. beruft, und endlich dahin schließet, daß die Leute wider ihren Willen nicht zu copuliren, als nur bloß in dem Fall, quando res non amplius integra, sed sponsa iam deflorata est, welches sich aber in

in gegenwärtigen Fall, da die defloratio nicht geschehen, auch nicht appliciren lässt. 6) hieraus nun offenbahr ist, daß alle dic-  
jenige conclusiones, welche aus dem ungegründeten supposi-  
to, nisi matrimonium consummatum fuerit, hergeleitet wer-  
den wollen, von sich selbst hinweg fallen, und im Gegenthil ein  
grosses momentum dissolutionis sponsalium daraus herzu-  
nehmen sey, daß selbst die M. auf die Vollziehung der Ehe nicht  
sonderlich gedrungen, sondern alles dem arbitrio und determi-  
nationi iudicis überlassen hat, inswischen aber 7) N. deshalb,  
daß er das im geistlichen Untergericht iteratis vicibus gethanen  
Versprechen, die M. zu ehelichen, nicht erfüllt, sondern sich frey-  
lich dabei gar sehr ungebührlich aufgeführt, sowohl ad satisfa-  
ctionem priuatam, als auch ad poenam fisco præstandam  
obligiret ist; und ob zwar zuweilen auch demjenigen, qui extre-  
ma pertinacia sponsalia adimplere recusat, relegatio dicti-  
ret zu werden pflegt, nichts destoweniger doch dieses eine poena  
arbitraria ist, welcher nicht eben allezeit zu inhaeriren, sondern  
auch wohl eine Geld-Busse nach Gelegenheit der Umstände di-  
diret werden kan, STRYK de diss. sponsalit. sect. I. §. 15. Wel-  
che 8) in dem gegenwärtigen Fall um so viel eher statt findet, da  
N. bereits zu zweyenmahlen mit Gefängniß bey Wasser und  
Brot gespeiset worden, und N. wenn er des Landes verwiesen  
werden sollte, dadurch in gänzlicher Ruin und Abgang seines  
Vermögens gerathen, solche Strafe aber mit dem delicto kei-  
ne proportion haben würde: 9) Um das von N. gegebene scan-  
dalum publicum zu heben, keine Strafe pro magis conueni-  
ente geachtet werden mag, als die Kirchen-Busse, wovon quo-  
ad causam præsentem aussführlich handelt MEV. P. 6. dec. 355.  
§ 356. indessen aber diese Kirchen-Busse auch in andern deli-  
ctis, als z. B. in delicto stupri die sonst gewöhnliche Strafe  
mitigiret CARPZ. Pr. crim. qu. 69. n. 55. Und dahero um so  
vielweniger mit der poena relegationis versfahren werden kan,  
als ist dergestalt zu erkennen gewesen. Huic se confirmavit  
Pl. Rev. Facultas Theologica: In Sachen M. eines, N. an-  
dern theils, declariren wir Decanus und übrige Professores der  
The-

Theologischen Facultät hieselbst zu Halle, daß, nach accurater Durchlesung der Acten, wir zwar sponsalia für bindig erkennen, aber wegen in actis befindlicher und in rationibus descendit sententiae ampl. Facult. Iurid. angeführter Umstände, nachgepflogener sattfamen communication, daß also in diesem besondern casu zu erfoderten endlichen Autrag der Sache gesprochen worden, genehm halten, confirmiren, auch diese unse re Erklärung durch Beydrückung des gewöhnl. Unser Facultät Insiegels, so geschehen Halle den Aug. 1713.

(L. S.)

*Idem dicendum est, si prior sponsa in concursum agat ad sponsalia implenda.*

§. VIII. Quæ cum ita sint, idem quoque applicandum esse censeo ad concursum sponsaliorum. Priora publica regulariter präferuntur, licet ad posteriora accesserit concubitus vel benedictio sacerdotalis, vt solide ostendit B. STRYK. de diss. sponsal. sect. IV. c. 2. §. 2. seqq. & elegans præiudicium §. 8. seqq. adfert. Nolo hic repetere argumenta, quæ pro exornanda hac sententia adferri solent, sed hanc sententiam tamquam veram hic suppono. Quid ergo, si, non obstante hac sententia, posteriori, quam propter benedictionem sacerdotalem uxoris loco habet, præcise adhæreat; si nullo modo se ab ea diuelli patitur? si extrema quævis patitur? scilicet si media coactiva ordinaria adhibita sunt, sponsalia priora tandem dissoluenda, & iuxta ea, quæ antea dicta sunt, cum refractario procedendum. Nec hoc casu ipsi denegandum est, vt matrimonium, cum posteriori *de facto* contractum, continuet, cum iam cesser illud impedimentum, quod alias posterius annulare potuisset.

*Absolute compo-  
tenti potest 1) su-  
prator, si  
datur supra-  
sum nequit.*

§. IX. Sunt tamen aliquod casus, qui *absolutam coactionem* postulant. Primus est, si quis puellam imprægnavit, condemnatusque est, vt eam aut ducat, aut certa summa definita docet. Quid vero si nihil in bonis habeat, vt de-

Determinatam quantitatem pecuniae soluere non possit nihil sane superest, quam ut absolute compellatur, ad matrimonium ineundum. Atque hoc ipsum fluit ex natura obligationis alternatiæ, in qua alterum absolute & precise debetur, si alterum in alternatiis præstari non possit. Sine omni effectu foret sententia, si neutrum præstare stuprator vellet, nec iustitia & parti laesæ satisfaceret. Hoc casu ergo admitto, ut vel iniurias trahi possit ad copulam sacerdotalem, nec attendenda sit eius reclamatio, vt pote quae nullum producere effectum potest. Si post negotiorum in contumacia perseuerat, si ab ea recedit, cum eo, ut malitioso desertore, agi potest.

§. X. Alter casus est, si sponsus cum sponsa concubuit, & carnalis copula accessit. Hic enim obtinet regulam vulgata: *sponsalia per concubitum transire in matrimonium*, quoniam ipso concubitu consensus coniugalis satis declaratus est, qui inducit vinculum indissolubile. Imo ad hunc casum commode applicari posunt, quæ Doctores tradunt de *sponsalibus de praesenti*. Scilicet sponsalia de futuro per concubitum in ea transeunt, quæ dicuntur *de praesenti*, cum praesens consensus coniugalis declaratio ex ipso facto colligi debeat. c. 15. X. de *sponsal*. Et hic vernicus fere casus est, qui inter Protestantes referri poterit ad sponsalia de praesenti in sensu iuris canonici. Vid. BRUCKNER *decis. matrim. c. 21. n. 16. CARPOV. iurispr. confit. def. 135. B. STRVK. de diff. sponsal. sed. 2. §. 49.* Quid vero si sponsus aufugerit? Evidem edicitaliter omnino citandus, ubi, si non comparuerit, tandem per sententiam pro vxore fugitiui legitima declarari, & in eius bona cum omnibus effectibus iuris mitti poterit. Atque ita ex accidente contingere potest, ut sententia judicialis idem operetur, quod alias benedictioni sacerdotali adscribitur.

§. XII. Huic quoque illum addendum esse casum existimo, si per plures annos ut coniuges legitimi cohabita- uerint, seque pro *coniugibus* gesserint, ut communis op-  
H nione

<sup>2) Si sponsalia  
bus capite  
carnalis ac-  
cessit.</sup>

<sup>3) Si quis diu-  
nurna confa-  
tudine mulie-  
ri, ut vxori,  
cohabitavit.</sup>

nione pro talibus habiti fuerint. Contingere enim potest, vt commislo forsan delicto, paulo penitus in eorum mores, vitam præcedentem & alias circumstantias inquiratur, & hac occasione demum innoscet, eos nunquam esse copula sacerdotali coniunctos. Hoc casu decerni solet, vt sacerdotali benedictioni ante omnia subiificantur. Quamuis enim non hæc præcise constituat matrimonium, sed *consensus coniugalis* illud perficiat; præcaendum tamen est, ne, hac omisla, opinentur, se in postrem quoties tempore priuato ausu recedere posse, quod tamen iis non amplius concedendum, postquam coniugali more haçtenus vixerunt, & vt coniuges cohabitauerunt.

F I N I S.

CLARISSIMO  
DN. RESPONDENTI  
S. P. D.  
PRAESES.

**C**Ogis me, nobilissime REICHENBACHI, vt Tibi de *coacto matrimonio* disputanti, applaudam, & præsidio meo assistam,  
Haec

Hæc *coactio* tamen & mihi per-  
quam grata fuit, & Tibi non infru-  
etosa erit. Quae Te voluntas satis  
proba coegit, vt publicum eruditio-  
nis specimen ederes, eadem me  
quoque nunc cogit, vt quod omnes  
boni probant, publice quoque hac  
schedula probem, ostendamque, ni-  
hil dulcius, nihilque præclarius esse,  
quam hoc modo cogi. Propria con-  
scientia teste, in memoriam reuoca-  
bis tempora primæuæ ætatis, quæ  
Te ad studia currentem traxerunt  
& *coactione* quadam *amoena* indu-  
xerunt, vt quotidie ad altiora in arti-  
bus liberalibus tenderes, & tandem  
etiam has nostras salutares musas.  
Idem ardor, qui ab ineunte ætate te  
coegit ad cursum studiorum fidel-  
iter prosequendum, Te etiam co-  
egit,

egit, vt in hac regia Fridericiana, iuri  
sedulo operam dares, & inter alios  
me quoque eligeres, cuius lectioni-  
bus interesses. Non poscis quidem,  
vt testimonium publicum de tua di-  
lignantia eadem; affectus tamen,  
quo semper Te, Tuique similes ami-  
plexus sum, me admodum cogit, vt  
laudum tuarum præco esse cupiam.  
Id vnicce ergo supereft, vt quæ opti-  
me incepisti, & egregie prosecutus  
es, ulterius quoque eodem ardore  
perficias, quo in alios quoque fru-  
ctum studiorum effundere possis,  
& omnes Tibi applaudere & bene  
precari cogantur. Hanc *coactionem*  
*publicam* Tibi ex animo appreco.

Dab. d. 6. Nou. 1717.

**S**ichts hält den muntern Fleiß nichts destine  
Kluabit auf/  
**D**as Meer der Wissenschaft glückselig zu  
erreichen/  
Drum würd' ich/ werther Freund/ der Künste  
schnellen Lauff/  
Und deiner Eugend Gang mit einem Flus vergle-  
chen/  
Wann nicht dein Nahme schon zudee Erfindung  
schön.  
Ein Bach der heute reich an Kunst und Wissen  
fliest/  
Bist du/ mein Reichenbach. Jedemoch kan ge-  
schehn/  
Dass wenn sich mehr und mehr in Deinen Bach er-  
gieszet/  
Wenn manche Quelle noch in solchem sich verlehr/  
Man nach dem Nahmen nicht der Dich auzo-  
giert/  
Dich künftig rühmen wird; Mann wird vielmehr  
bekennen;  
Ein Bach/ so reich als Du/ soy wohl ein Flus zu  
nennen.

Seinem hochwerth gewesenen Herren  
Auditoris schrieb dieses zu wohl ver-  
dienten Ehren

**Christian Friederich Hunold.**  
J. U. D.

Ey

**G**eziegt/ Geehrter Freund/ das Sein gelehrtes  
Wissen/  
Nicht eitelos Gepräng und leeres Stück-  
Werck sey;  
Die wahre Wissenschaft/ auf die er sich bestissen/  
Legt ihm auch dieses Lob mit allem Rechte bei.  
Denn mancher der zu hoch auf einmahl denkt zu  
fliegen/  
Und will/ wie Icarus/ sich gleich der Sonne  
nahm/  
Der muss mit diesem Held bald wieder unten liegen/  
Und ist mit seiner Kunst durch einen Fall gethan.  
Er aber/ Werther Freund/ hat einen Grund gele-  
get/  
Auf dem Er Sein Gebäu mit Nutzen bauen kan:  
Da mancher Kalck und Holz zum Bau zusammen  
träget/  
Und fängt denn ohne Grund den Bau von oben  
an.  
Ich wünsche Ihm viel Glück und tausendsachen See-  
gen!

**GODT** sey Sein Schirm und Schutz auf allen Sel-  
nen Wegen!


So trifft denn Wunsch und That in allen überein.

Dieses wenige schreit seinem von vielen  
Jahren her geehrten Freunde

**Wonne** von **Carl Gottlieb Knorre,**  
Hallens. LL. Stud.







99 A 6929

ULB Halle  
002 674 009

3







DISSERTATIO IVRIDICA  
DE  
**MATRIMONIO  
COACTO,**  
QVAM  
RECTORE MAGNIFICENTISSIMO  
SERENISSIMO PRINCIPE AC DOMINO,  
**DOMINO CAROLO**  
PRINCIPE BORVSSIAE, MARCHIONE  
BRANDENB. RELIQA.  
PRAESIDE  
**IVSTO HENNINGIO BÖHMER**  
ICT. COM. PALAT. CAES. POTENTISS.  
REG. BORVSS. A CONSIL. AVL.  
PROF. IVR. ORDIN.  
IN ALMA FRIDERICIANA  
DIE IX. NOV. A. MDCCXVII.  
H. L. Q. C.  
PVBLICO ERVDITORVM EXAMINI  
SVBMITTIT  
**Benjamin Friederich Reichenbach,**  
CALBENS. MAGDEBURGIC.

---

HALAE MAGDEBURGICAE  
Typis IOANNIS GRVNERTI, Academ. Typogr.  
RECVSA MDCCXXVIII.